ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LX

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXVIII

An. et yol. LX 31 Ianuarii 1968 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. Ioseph Opifex principalis Patronus Ancoragiensis archidioecesis, in regione Alaskana, renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praestans opificum exemplar in universa catholica Ecclesia recte ac semper est habitus S. Ioseph, castissimae Virginis Mariae Sponsus, idemque divini Pueri Iesu nutricius ; sed nemo prorsus ignorat religiosum laetissime cultum novo quodam vigore crevisse, postquam Pius Pp. XII, Noster imm. rec. Decessor, peculiare in eius honorem sollemne decreverit, ipso agendum die humani operis celebrationi ubique fere gentium praestituto. Laetamur ergo, quod et in Alaskana regione impensam novimus huiusmodi pietatem florere ibidemque fideles archidioecesis Ancoragiensis, quam anno superiore per Apostolicam Constitutionem condidimus sedisque metropolitanae iure donavimus, per Venerabilem Fratrem Ioannem Iosephum Th. Ryan in praevalidam tanti Caelitis tutelam sese iam commisisse. Hac enim de re idem Praesul dedit litteras ad Nos, quibus peteret ut hanc electionem ratam haberemus, votum sive cleri sive populi probantes. Nos igitur, qui sacrae cuique dicioni supernum constanter auxilium verique nominis profectum in Domino precamur, libenti animo id esse annuendum censemus. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura delibera-

tione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Ioseph Opificem, Beatissimae Virginis Mariae Sponsum, principalem apud Deum totius Ancoragiensis archidioecesis caelestem *Patronum* confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae sanctis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviii mensis Aprilis, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

6B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Cathedrale templum dioecesis Nicosiensis, S. Nicolao a Bario dicatum, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Dulce quoddam gloriae canticum tutumque pacis refugium stupenti apparuit advenae cathedrale Nicosiae Herbitensis templum, quod, Deo dicatum in honorem caelestis urbis Patroni Nicolai, Episcopi Myrensis, ipsa magnificentia ac pulchritudine sua christianae fidei vigorem ingenuarumque artium splendorem simul declarare videtur. Pertinet enim ad mediam, quam vocant, aetatem, cuius multa ac manifesta vestigia praefert, adeo ut sive extra sive intus aspicias, admirandum sane opus proprio id vocabulo nomines. Primariae frontis porta, peristylium versum in forum, proximáque turris in coni formam fastigata ad illud exstruendi genus, quod tum in insula Sicilia floruit, effecta sunt doctorumque iudicio in arcubus, in columnis, in figuris probantur quam maxime. Neque minoris sunt ea existimanda, quae ipsum templum continet, tametsi saeculis insequen-

tibus tribuuntur. Nam ala media, quae sedecim Dorici ordinis columnis innititur, una cum pavimento atque concameratione decorum quiddam exhibet oculis; imagines deinde a summis artificibus et in parietibus et in tabulis depictae, sculpturae e ligno et anaglypta (ex quibus Christi Domini morientis signum est memorandum), minora sacella amplo ibidem ornamento sunt. Praeterea insignes sanctorum virorum ac martyrum reliquiae, argentea vasa, sacrae vestes ceteraque supellex templi thesaurum efficiunt. His profecto de causis quae ecclesia principem antea locum in urbe tenuerat atque paroecialis et collegialis aedis honorem erat assecuta, eadem, cum Pius Pp. VII, Noster fel. rec. Decessor, Nicosiensem dioecesim constituit, tamquam cathedralis est renuntiata. Ex quo tempore quia centum quinquaginta anni iam sunt revoluti, Venerabilis Frater Constantinus Trapani, sacrorum Antistes, votum quoque cathedralis Canonicorum collegii, universi cleri omniumque fidelium patefaciens, Nos adiit, ut insigni pietatis et artis domicilio Basilicae Minoris titulum exposceret. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, cathedralem ecclesiam dioecesis Nicosiensis, Deo in honorem S. Nicolai a Bario dicatam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* condecoramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo Immaculata et Sancti Apostoli Petrus et Paulus Patroni caelestes dioecesis Mazatlanensis eliguntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Nullis maculis offuscata, Beata Maria Virgo christiani populi mentes ubique terrarum ad se convertit. Eam igitur ut communem Matrem merito venerantur fideles dioecesis Mazatlanensis, qui praesens eiusdem adiumentum haud semel sunt experti. Hoc praeterea anno memoria celebratur undevicies saecularis martyrii Apostolorum Petri et Pauli, qui vita et sanguine Fidei nostrae sanctitatem confirmarunt. His permotus, Venerabilis Frater Michael García Franco, eiusdem sedis Episcopus, Nos rogavit, ut horum Caelitum patrocinio urbem suae iurisdictionis principem et dioecesim, suis pastoralibus curis concreditam, benigne committeremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Maria Virginem Immaculatam et Sanctos Apostolos Petrum et Paulum caelestes apud Deum *Patronos* urbis ac dioecesis Mazatlanensis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae paroeciali B. Mariae Virg. de Monte Carmelo seu «Nuestra Señora del Carmen», in urbe Nogoyá, archidioecesis Paranensis, tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pietatis sedes non obscura esse perhibetur templum paroeciale, quod, Beatae Mariae Virgini de Monte Carmelo sacrum, in urbe « Nogoyá » est positum finibusque archidioecesis Paranensis continetur. Etenim duo iam saecula impense ibi colitur imago almae Deiparae, cui illa appellatio adicitur; quae marialis religio in populi animis penitus inhaeret, ita ut ad eam ecclesiam peregrinantium more sese effundat; ubi Virginem Carmelitidem vocet in vota, Ecclesiae ritus participet, vitam alat spiritualem. Templum vero ipsum, quod in locum parvae aedis sacrae olim est substitutum et saeculo praeterito Liberianae Basilicae Sanctae Mariae Maioris in Urbe aggregatum, cum sit amplitudine conspicuum et opere nobile, dignum sane est, quod studiose respiciamus. Preces igitur libenter audivimus, quas Venerabilis Frater Adolfus Servandus Tortolo, Paranensis Archiepiscopus, votis obsecundans cleri, fidelium, auctoritatum publicarum urbis « Nogoyá », Nobis adhibuit, rogans ut templum praedictum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Beatae Mariae Virgini de Monte Carmelo seu, uti vulgo appellant, « Nuestra Señora del Carmen », in urbe ((Nogoyá », intra fines archidioecesis Paranensis, dicatam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus additis iuribus et privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Nuntiatura Apostolica in Regno Lesothiano erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi cum Civitatibus soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum visum esse fuerit Apostolicam Sedem et Lèsothianum Regnum publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Apostolicam Nuntiaturam* apud Regnum Lesothianum erigimus et constituimus, eidemque omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Augusti, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia S. Udalrici in oppido « Kreuzungen » sita, dioecesis Basileensis, honestatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Recte asseverat Sanctus Augustinus, vir eruditione divina et humana orbi clarus, sanctitatis luce coruscans : « Nemo ... potest transire mare huius saeculi, nisi Cruce Christi portatus. Hanc crucem aliquando complectitur et infirmus

oculis : et qui non videt quo eat, non ab illa recedat, et ipsa illum perducet » (In *Io. Ev.* II, 1, 2-3; *PL* 35, 1389). Salutiferi Ugni cultum Canonici Regulares e nomine Hipponensis Episcopi appellati, et post eorum discessum alii sacrorum administri studiose provexerunt in ecclesia Sancti Udalrici, posita in oppido vulgo ((Kreuzungen » nuncupato atque intra fines dioecesis Basileensis. Quod templum una cum monasterio, diuturna scilicet vitae communis sede, donec, saeculo praeterito, Sancti Augustini alumni inde iussi sunt exire, ab annis MCXX-MCXXV repetitur, qua aetate Ordo canonicus maxime floruit. Aedificia ob bellicas calamitates non semel deleta, invicta pietate sunt refecta ; et artis « Barocae », uti dicunt, ornamentis iisque exquisitis valde commendantur. Studiosa voluntas in hoc Sanctae Crucis memoria praecellens sanctuarium iterum exsplenduit, postquam, anno MCMLxin, incendio est absumptum, siquidem rursum auctoritates et Christifideles eo curas intenderunt, ut ad pristinum decus revocaretur. Est hoc potissimum animadvertendum Sanctae Crucis reliquias, tot inter rerum vicissitudines, eidem ecclesiae esse servatas ; praeterea non est quin admiretur imaginem, qua alma Deipara pro Filio de ligno deposito lugens exhibetur, et magnam Crucem, prodigiis, quae ad eam patrata feruntur, insignem. Cuius in honorem saeculo xvui aedes, templo adiacens, est exstructa, quae montem Calvariae imitatione exprimit. Quoniam igitur haec ecclesia religione et arte est tam praeclara, Venerabilis Frater Franciscus von Streng, Episcopus Basileensis et Luganensis, Cleri et Fidelium suis curis commissorum vota significans, Nos rogavit, ut illam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo statuimus obsecundare. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam Deo in honorem Sancti Udalrici, Episcopi et Confessoris, in oppido vulgo ((Kreuzungen » dicto consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si

quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Augusti, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VII

S. Robertus Bellarmino, Ep. Conf. et Eccl. Doct., Patronus aeque principalis, una cum Sancto Stephano Protomartyre, totius Capuanae archidioecesis eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Roma altera quondam » (Auson. *Ordo urb. nob.,* 61), Capua, utpote potentia opibusque valens, quemadmodum veteres scriptores tradiderunt, religione tamen catholica, quam mature post instituta christiana sacra suscepit, etiam clarior est effecta. Merita laude, praeterea, ideo ornatur, quod per diuturnum saeculorum decursum Apostolicae Sedi semper fideliter haesit. Hanc Ecclesiam multi Praesules, virtute insignes, doctrina commendati, pastorali studio praestantes illustrarunt; quos inter Sanctus Robertus Bellarmino, Societatis Iesu Sodalis egregius, quasi sidus coruscat. Qui, Sacra Purpura honestatus, per breve tempus Capuanam rexit archidioecesim ; sed mirum quantas utilitates ei attulit : etenim Viro, recondita doctrina praecellenti divinique verbi satori assiduo, sollemne fuit populum Dei contionibus erudire eique catechesis tradere praecepta ; ter synodum archidioecesis, semel concilium provinciale coegit ; Ecclesiam sibi creditam ter pro pastorali officio lustravit ; ad emendandam disciplinam cleri et religiosorum studiose incubuit ; pauperibus libéralissime consuluit eorumque iura defendit, doctrinae capita de iustitia sociali proponens. Propter tantam, qua excellebat, sollertiam et eximiam, qua praeditus erat, vitae sanctitatem, « amabatur a populo, et ipse amabat populum » *(Autobiogr.,* c. 38). Praeclara lectissimi Praesulis exempla e Capuanorum memoria exciderunt numquam, quin immo pietas erga eum augescebat, maxime postquam Beatorum Sanctorumque eidem decreti sunt honores ac Doctoris Ecclesiae dignitas tributa. Qua pia alacritate, hoc anno vertente, singularem in modum infiammati sunt animi, siquidem ob millesimum revolutum annum ex quo Ecclesia Ca-

puana Sedes Metropolitana est effecta, sacrae exuviae illius, inter-plaudente populi vota, sunt circumlatae, atque adeo evenit, ut qui vivens filios suos ad colendam religionem impense accendisset, iis etiamnum esset locupletissima auctor virtutis. Haec omnia considerans, rogationi obsecundans Collegii Canonicorum Cathedralis Ecclesiae, utriusque cleri, Civilium Auctoritatum et Christifidelium volensque memoriam sacrae illius veluti peregrinationis perennare, Venerabilis Frater Thomas Leonetti, Capuanus Archiepiscopus, Sanctum Robertum Bellarmino Compatronum istius archidioecesis elegit, quae iam in tutela est Sancti Stephani Protomartyris ; quod ut ratum haberemus, idem Praesul Nobis enixas preces adhibuit. Quibus libenti animo concedentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia et matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Robertum Bellarmino, Episcopum Confessorem et Ecclesiae Doctorem, totius Capuanae archidioecesis caelestem apud Deum *Patronum* aeque principalem, una cum Sancto Stephano Protomartyre, pridem constituto Patrono, confirmamus, seu iterum facimus et declaramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Septembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VIII

Nuntiatura Apostolica in Gabonensi Republica constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum compro-

batum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Rempublicam Gabonensem publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, harum Litterarum vi, in Republica Gabonensi *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Liberopoli collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Octobris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IX

Nuntiatura Apostolica in Republica Africae Mediae erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Eo mentem intendentes, ut res catholica per ecclesiasticos Viros, egregiis animi dotibus ornatos, in Civitatibus, ad quas illos legamus, provehatur, statuimus in Republica Africae Mediae Nuntii Apostolici Sedem erigere; atque adeo probe fore confidimus, ut publicae necessitudinis rationes, quae Sanctae Sedi cum illa Civitate intercedunt, ad communem utilitatem verique nominis profectum magis magisque confirmentur. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra *Nuntiaturam Apostolicam* in Republica Mediae Africae constituimus, cuius sedem in urbe Banguia collocamus. Eidem Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, indulta quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi testificationem religionis proferendis finibus esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac

permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Republica Mediae Africae sic a Nobis erectae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

& HAMLETUS I. Card. OICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Paulum Aemilium S. R. E. Cardinalem Léger, Archiepiscopum Marianopolitanum, suam relicturum archidioecesim, ut iuvandis leprosis in Africa operam navaret.

Vénérable Frère et cher Fils,

Au moment où vous vous apprêtez à quitter votre ville episcopale et votre terre natale pour aller en Afrique vous consacrer au service des lépreux et des missions, c'est pour Nous un besoin du cœur de vous dire par un message personnel Notre émotion et Notre intime participation à la grave et noble décision que vous venez de prendre.

Notre reconnaissance va d'abord au Père et Pasteur d'âmes de l'archidiocèse de Montréal qui pendant plus de dix-sept ans s'est dévoué inlassablement avec compétence et charité à la portion du Peuple de Dieu qui lui avait été confiée. Elle va ensuite au membre de l'épiscopat du Canada qui, en collaboration avec ses collègues, a su imprimer à son pays l'esprit d'accueil et d'ouverture qui caractérise l'Eglise contemporaine. Elle va enfin au membre illustre du Sacré Collège qui, aussi bien par son travail au sein des Congrégations romaines dont il fait partie que par son activité lors du deuxième Concile œcuménique du Vatican et du premier Synode des évêques, a contribué avec tant de zèle à l'« aggiornamento » de l'Eglise catholique. Et voici qu'après avoir tant prêché avec éloquence l'Evangile, vous allez le vivre de manière émouvante, incessant rappel pour chacun des exigences de son message et de la force de son amour.

Maintes fois déjà l'occasion Nous a été donnée de vous marquer Notre bienveillance. Aujourd'hui, où vous commencez une nouvelle période de votre vie sacerdotale et apostolique, Nous voudrions vous la renouveler et la confirmer. Maintenant que répondant à un appel d'en-haut, vous avez choisi, à la suite et à l'exemple de notre Maître et Seigneur, de devenir, selon une vocation tout à fait spéciale, pauvre avec les pauvres, infirme avec les infirmes et faible avec les faibles, Nous Nous sentirons encore plus étroitement uni à votre personne et à ceux qui demeureront les enfants préférés de notre Père des Cieux et des membres privilégiés de la sainte Eglise : les souffrants, les déshérités, les malheureux, c'est-à-dire tous ceux qui, dans la société humaine, ont particulièrement besoin de compréhension, d'assistance et d'aide.

En témoignage de cette reconnaissance et de cette bienveillance, et comme gage des grâces abondantes que Nous invoquons très volontiers sur votre personne, sur le clergé et les fidèles de Montréal, sur la noble terre canadienne, ainsi que sur les pauvres, les malades et les chrétiens que vous allez rejoindre sur le continent africain, si cher à Notre propre cœur, Nous vous accordons, vénérable Frère et cher Fils, une particulière et affectueuse Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 1er Décembre 1967.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Gregorium Petrum S. R. E. Cardinalem Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefectum, decem condita lustra celebraturum, ex quo Sacerdotio est auctus.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quandoquidem mox decem abibunt lustra ex quo tu, Dilecte Fili Noster, sacerdotale iniisti officium, caritatis movemur affectu, ut, laetitiam anniversariae huius memoriae ex animo participantes, faustis te ominibus prosequamur. Benignissimus Deus te elegit et vocavit, ut in Ecclesiae ministeriis iisque gravissimis versaveris : vocanti alacer obtemperasti, spiritualium fructuum copiam uberrimam collegisti.

Hoc vero potissimum est animadvertendum te, ex orientali regione oriundum, alumnum Ecclesiae Armenorum, cui postea ut Ciliciae Patriarcha deserviisti, Romae nutritum et educatum, ipsa persona ac dignitate tua illam huic, hanc illi singularis quasi necessitudinis vinculo iungere.

Merito etiam contigit, ut a Pio XII Propraefectus, a Ioanne XXIII Praefectus Sacri Consilii Nomini Christiano Propagando renuntiareris. Quo in munere constitutus, luculente ostendisti, in quam late patentem campum studium apostolicum tuum excurreret. Etenim nullis parcens laboribus, onera fortiter sustinens, in omnes fere continentes terras itinera suscepisti, ut Ecclesiam nascentem vel vigescentem in regionibus, missionalium opere excolendis, praesens salubri impulsu proveheres. Meminimus quoque te, cum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum ageretur, ut Praesidem coetus delectorum virorum naviter esse annisum, ut eiusdem universalis Synodi consulta circa Missiones ratione temporibus nostris consentanea exararentur, conficerentur.

Ecclesia igitur gratiam tibi habet, quod, inter rerum difficultates haud leves, incrementis ipsius indefatigato animo studuisti; siquidem tibi operisque tui sociis sunt auctus tribuendi, quibus magis magisque «catholica)) redditur et veriores in dies efficiuntur hae S. Augustini sententiae : <(Chorus Christi iam totus mundus est Chorus Christi ab oriente in occidentem consonat» *(Enarr. in Ps.* 149, 7; *PL* 37, 1953). « Nemo dubitet de Ecclesia, quia per omnes gentes est... Unde coepit? Ab Ierusalem. Quo pervenit? Ad omnes gentes. Paucae remanserunt, omnes tenebit » *(In Ep. Io. ad Partii.* 2, 2; *PL* 35, 1990).

Haec messis e semine divinae ad sacra munia vocationis est exorta, pro qua, ut nihil dubitamus, maximas gratias festo sacerdotii tui natali die persolves Deo summo et aeterno, qui per diuturnum hoc annorum spatium suis te confovit praesidiis.

Propter idem, quod celebrabis, sollemne mentibus tibi circumfundentur permulti illi et carissimi Nobis sacerdotes, religiosi viri et mulieres, qui, in longinquis Missionum plagis desudantes, fines regni Dei proferre nobili nisu contendunt; eodem cum animi affectu tibi sociabuntur innumeri fere autochthones, qui ab illis, te praestite, ad fidem catholicam traducti, christianae vitae donis locupletantur. Haec omnia solacium tibi praebeant atque levamen et ad perseverandum in pastorali sollertia te affatim confirment.

Tibi denique, Dilecte Fili Noster, et cunctis, qui te, quo die anniversariam hanc memoriam recoles, circumstabunt, Benedictionem Apostolicam, peculiaris benevolentiae Nostrae pignus, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad E.mos Patres Cardinales et ad Romanae Curiae Praelatos, per E.mum Sacri Collegii Decanum Summo Pontifici felicia ac fausta ominatos, Nativitatis Domini nostri Iesu Christi festo recurrente. *

A Lei, Signor Cardinale Decano, sempre autorevole interprete del Sacro Collegio, ai Signori Cardinali presenti di persona o di spirito ed ai venerati membri della Curia Romana e della Diocesi di Roma, come pure agli appartenenti alla Nostra Cappella e alla Nostra Famiglia Pontifìcia qua intervenuti, esprimiamo il Nostro cordiale ringraziamento. Ringraziamento per gli auguri natalizi, espressi in forma così eletta, resa solenne da questa tradizionale, ma sempre singolare Udienza. Ringraziamenti per le preghiere e per i voti che hanno accompagnato in questi ultimi mesi la nostra infermità, e che sono certamente non ultima causa del suo superamento. Ringraziamenti per la devozione, per l'adesione, per la collaborazione che voi prestate all'opera della Sede Apostolica e della modesta Nostra fatica. E con i ringraziamenti vogliate accogliere il ricambio dei Nostri voti, quali il Natale pone nel cuore, derivati cioè dall'effusione di bontà e di grazia, che l'ineffabile mistero dell'Incarnazione del Verbo Divino mette a Nostra disposizione, e che il Nostro ministero di fede e di carità in virtù del Nostro Salvatore Cristo Gesù, che abbiamo indegnamente la somma ventura di rappresentare, vorrebbe tesoreggiare e dispensare nella più larga misura.

È così dolce per Noi, e al tempo stesso così importante il momento che cotesta presenza, solo pervasa da motivi spirituali, Ci concede che una volta ancora Ci sentiamo sollecitati a discorrere con voi di ciò che unicamente interessa l'animo Nostro ed i vostri certo non meno: le cose cioè della Chiesa, osservate e vissute da questo suo centro, che insieme a Noi solidalmente tutti vi impegna. Possiamo tacere, in occasione così propizia all'apertura dei cuori, alcune semplici osservazioni sugli avvenimenti, che hanno caratterizzato quest'ultimo semestre, e di cui voi siete i primi operatori e osservatori? Non vi dispiaccia se, ad onore di cotesta visita ed a conforto della collaborazione, che tanto preziosamente Ci prestate, ve ne facciamo qualche brevissima parola.

*** Die 22 mensis decembris a. 1967.**

Possiamo Noi, per cominciare, non guardare con riverenza e con compiacenza al Sacro Collegio^ che ha assunto dimensioni e funzioni di tanto rilievo?

Nel salutarvi perciò, Signori Cardinali, abbiamo il piacere di rivolgere un particolare pensiero a coloro tra di voi che qui si trovano per la prima volta. Alludiamo ai Cardinali da Noi creati nel Concistoro del giugno scorso, che ha visto aumentare il numero dei componenti del Sacro Collegio, in relazione specialmente alle aumentate necessità di lavoro e di consulta negli organismi della Curia Romana. Lo dicevamo nelle Allocuzioni tenute durante le varie cerimonie che hanno accompagnato il Concistoro e amiamo richiamarlo ora : Ci sarà sempre di grande conforto la vostra fattiva assistenza e il vostro autorevole consiglio.

Un deferente e doveroso omaggio rendiamo inoltre alla venerata memoria degli illustri Porporati che hanno chiuso la loro giornata terrena dall'annuncio del Concistoro ad oggi, eminenti figure di pastori e apostoli, i Signori Cardinali Joseph Elmer Ritter, venerato Arcivescovo di Saint Louis nel Missouri; Ernesto Rufiini, zelante e illustre Arcivescovo di Palermo; Tommaso Tienchensin, Arcivescovo ((impedito)) di Pechino; Giuseppe Cardijn, fondatore del provvidenziale movimento della « Gioventù Operaia Cattolica » ; e recentemente l'Arcivescovo di New York, Francis Spellman, tanto noto e compianto, e tanto devoto verso questa Sede Apostolica. E poi il venerato e ieratico Patriarca dei Melchiti, Maximos IV Saigh, e da ultimo Antonio Riberi, caro Nostro compagno di studi e fedele amico. Accompagniamo poi il Nostro diletto Figlio, il Card. Paul Emil Léger, che, sempre restando membro del Sacro Collegio Cardinalizio, ha lasciato in questi giorni l'arcidiocesi di Montréal per dedicarsi con esemplare abnegazione all'apostolato nelle missioni africane e fra i lebbrosi, con un fervido benedicente augurio.

Tra gli avvenimenti che toccano la vita interna della Chiesa, quello che ha maggior rilievo in questo periodo è senza dubbio il « Synodus Episcoporum », che per la prima volta si è riunito qui in Roma, tenendo le sue sessioni in aule appositamente preparate nel Nostro Palazzo Apostolico.

La revisione del *Codex Iuris Canonici* fu il primo dei cinque argomenti presentati alla discussione del « Synodus » ; seguirono gli altri quattro : i Seminari, la rifórma liturgica, la Dottrina della Fede e la disciplina dei matrimoni misti.

Fu per Noi graditissimo recar Ci qualche volta all'aula sinodale per seguire di persona le discussioni ed incontrarci con i Nostri Fratelli nell'Episcopato, ai quali, durante il Sinodo, concedemmo udienza individuale o per gruppi; se le Nostre forze fìsiche, indebolite in quel periodo da infermità, Ce lo avessero consentito, avremmo partecipato con maggiore frequenza alle riunioni di questo nuovo organo consultivo, nel quale si riflette il pensiero dell'intero Collegio Episcopale.

Nonostante i limiti imposti dalla Nostra malattia, abbiamo seguito con diligente attenzione i lavori del Sinodo giorno per giorno, leggendo o ascoltando le accurate relazioni che Ce ne facevano i Signori Cardinali Presidenti Delegati ed i Nostri più vicini collaboratori.

Molto interesse ha destato la prima riunione del Sinodo, non solo all'interno della Chiesa, ma anche negli ambienti al di fuori di essa. Intendiamo pertanto profittare del contributo ch'esso può dare al governo della Chiesa, perfezionandone anche il funzionamento in base alla prima esperienza.

Mentre diamo doverosamente atto del profondo impegno e del grande senso di responsabilità con i quali i Padri hanno affrontato il lavoro loro richiesto, desideriamo ancora una volta ringraziarli del prezioso contributo che Ci hanno offerto, assicurandoli che le proposte e i suggerimenti emersi dai dibattiti sinodali Ci saranno presenti nelle deliberazioni che in virtù del Nostro pastorale servizio nella Chiesa dovremo prendere su tanti problemi così importanti e delicati.

Dobbiamo poi ricordarci, come di fatto notevole, della così detta riforma della Curia Romana.

Questa parola « riforma », al confronto del significato assunto in altre condizioni storiche, appare, nel caso nostro, più grave del necessario. Ci piace ripetere che i disordini e gli abusi, di cui questo termine richiama gli infelici ricordi, non erano e non sono presenti nel caso nostro. Meglio si è parlato di « aggiornamento » ; Noi potremmo dire riordinamento, coraggioso riordinamento, se volete, che non di vera e propria correttiva riforma : e di riordinamento e di restauro ha sempre bisogno ogni istituzione umana, come appunto la Curia Romana, anche se ha prestato preziosi servizi, e se, pur subendo l'usura del tempo e l'urto delle nuove situazioni storiche, è rimasta fedele alle sue finalità istituzionali. Così abbiamo voluto fosse la riforma, o meglio l'aggiornamento, il riordinamento della Curia Romana, riportandola con una

certa gradualità ad una funzionalità conforme alle esigenze dei tempi nuovi ed ai suggerimenti del recente Concilio.

Due sono gli strumenti giuridici che hanno definito i termini di questo rinnovamento : il « Motu Proprio » *Pro comperto sane* del 6 agosto 1967, che determina l'inserimento di Vescovi residenziali nelle Sacre Congregazioni, come membri di pieno diritto, e la Costituzione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae,* pubblicata il 15 agosto, che tocca tutto l'insieme degli Uffici e dei Dicasteri, di cui si compone la Nostra Curia.

La Costituzione dà le linee del nuovo ordinamento, stabilisce in maniera più esatta le varie competenze, alcuni organismi di vecchia data sono rinnovati nello spirito e nelle attribuzioni, e ricevono dall'interno una struttura più moderna; alcuni cessano dalle loro funzioni, e subentrano altri istituiti *ex novo,* secondo le nuove esigenze del Nostro ministero.

È in atto l'applicazione del criterio di dare alla Curia una fisionomia maggiormente internazionale; va ora in vigore la norma che, fissando un limite di tempo nella durata dell'ufficio, consentirà un opportuno avvicendamento nelle alte cariche direttive dei Sacri Dicasteri ; si offre, infine, la possibilità di mettere in valore il consiglio di laici sperimentati ed anche, per certi specifici lavori, l'opera di buone Religiose.

Dal punto di vista normativo, la riforma non è ancora completa; lo diverrà quando nei prossimi mesi saranno pubblicati i Regolamenti che sono ancora in via di elaborazione da parte delle competenti Commissioni, e che avranno per oggetto la struttura ed il funzionamento dei nuovi unici.

Ma vi è un'altra riforma, in senso ascetico, a cui molto teniamo, che non riguarda sempre precise norme di diritto, ma è opera di ciascuno di noi, del nostro modo di pensare, di agire e di servire con spirito di fede e di sacrificio; riforma, o rinnovamento spirituale, più intimo e più profondo, anche se meno appariscente, che si realizza nelle persone, che così da vicino collaborano con Noi, e che si rendono sempre più pronte e sensibili nel cogliere le numerose istanze che dalle Chiese locali giungono alla Chiesa di Roma, centro dell'universale « coetus caritatis)).[1] Noi elogiamo ed incoraggiamo questo nuovo spirito che anima voi, diletti Figli, e tutti coloro che prestano con voi i loro servizi ; e vi diciamo la Nostra soddisfazione nell'osservare quotidianamente che voi

[1] **S. Ignat. Ant.**

siete collaboratori fedeli e coscienti del Nostro *munus pastorale in .universam Ecclesiam,* al quale avete Ponore e l'onere di collaborare.

Noi non parleremo ora d'un documento di decisiva importanza, l'Enciclica *Sacerdotalis Caelibatus,* perché appartiene al semestre precedente, portando la data del 24 giugno; ma non possiamo tacere la compiacenza per l'accoglimento favorevole ch'esso ha avuto da parte dell'Episcopato e del Clero fervoroso e impegnato nella fedeltà alla sua vocazione e nella fatica del suo ministero pastorale. Non ignoriamo le difficoltà che la legge del sacro celibato oggi presenta, sia per le condizioni ambientali, in cui si svolge la vita del Clero, e sia per le discussioni che si vanno facendo su tale legge quasi a metterne in dubbio l'opportunità e la spiritualità; ma dobbiamo dare testimonianza alla comprensione e alla fedeltà che la grandissima maggioranza del Nostro Clero latino tributa coraggiosamente a questo arduo e sublimante dovere, così profondamente collegato con la totalità e l'unicità dell'amore che lega a Cristo il suo ministro, e così venerato e reclamato dal concetto che di lui si è fatto e di lui difende il buon popolo cristiano. Vogliamo con questo fugace e affettuoso accenno sostenere i Nostri dilettissimi Sacerdoti nella fedeltà integra e gioiosa allo stato da essi scelto e dalla Chiesa sancito : oblazione alla carità che sola possiede i loro cuori, e segreta sorgente della migliore efficacia e della maggiore fecondità del loro ministero.

Di un altro Nostro documento vogliamo far cenno.

Nella festa di Cristo Re, il 29 ottobre, abbiamo indirizzato una speciale parola all'Africa, un Messaggio, espressione del Nostro pensiero, del Nostro affetto e anche dei Nostri timori, ma soprattutto delle Nostre speranze e della Nostra volontà di servire questi popoli, moltissimi dei quali sono entrati da poco quali comunità politiche indipendenti nella scena internazionale.

Nel dirigere la Nostra parola a tutta l'Africa, abbiamo delineato i gravi e numerosi problemi ai quali essa deve far fronte nel suo movimento di crescita e di assestamento, ed abbiamo voluto manifestare in particolar modo il rispetto della Chiesa per i valori morali e religiosi della tradizione africana.

Nell'inserirsi quale forza rinnovatrice in questi popoli, la Chiesa prende ancora maggior coscienza della sua universalità, del suo potere di adattamento, della sua capacità di modellare, sviluppandolo ed elevandolo, il germe vivo della multiforme civiltà umana.

Inoltre, la sollecita corrispondenza di tante popolazioni alla chiamata di Cristo, Ci spinge a considerare l'evangelizzazione dell'Africa come una fase importante nel piano divino della salvezza dell'umanità, che coinvolge la responsabilità di tutti i cattolici.

Le calde adesioni che il Messaggio ha suscitato, Ci danno speranza che l'opera missionaria riceverà nuovo impulso, le strutture ecclesiastiche si faranno maggiormente valide, la catechesi si adeguerà sempre più ai bisogni dell'anima africana e si moltiplicheranno le mani amiche, che aiuteranno questi popoli nel cammino verso un avvenire di progresso, di pace e di solidarietà.

Singolare avvenimento è stato il Nostro viaggio in Turchia, dove abbiamo avuto l'onore di incontrare le Autorità Turche e di presentare loro i Nostri omaggi. Ci appare giusto ancora una volta attestare che quelle Autorità Ci hanno offerto la più squisita accoglienza, che è espressione delle buone relazioni intercorrenti tra la Santa Sede e la Nazione Turca, in mezzo alla quale il Nostro Predecessore di v. m., Giovanni XXIII, trascorse ben dieci anni della sua vita, spesa tutta a servizio di quella popolazione e della Chiesa. Là ancora persiste vivo il ricordo della sua bontà, del suo spirito comprensivo ed ecumenico.

Incontrammo nella stessa circostanza S. S. il Patriarca Atenagora, prevenendo così la visita che egli si proponeva di farCi, e ciò abbiamo fatto col fine soprattutto di onorare personalmente l'illustre e venerando Patriarca ecumenico e di apportare a lui l'annuncio dell'anno commemorativo del Martirio dei Santi Apostoli Pietro e Paolo.

Questa visita Ci ha offerto la possibilità di continuare direttamente il colloquio iniziato nel gennaio del 1964, quando ci recammo a Gerusalemme.

L'oggetto primario della Nostra conversazione fu lo studio del cammino da percorrere per giungere al ristabilimento della perfetta comunione tra la Chiesa Cattolica e la Chiesa Ortodossa.

Il viaggio Ci diede anche la gioia di poter incontrare altri Capi delle differenti Chiese Cristiane e delle Religioni non - Cristiane : con tutti abbiamo avuto la possibilità di un colloquio, anche se brevissimo per la rapidità del Nostro viaggio, e da tutti abbiamo avuto la più sincera e gentile accoglienza.

Ci fu particolarmente caro il pio pellegrinaggio ad Efeso per onorare la Madre di Dio nell'area del tempio, che accolse i Padri del Con-

cilio Ecumenico, i quali nel 431 proclamarono il dommá della Maternità divina della Vergine Maria.

Visitammo pure ad Efeso, sulla collina che sovrasta le rovine dell'antica e fastosa città, nella visione di un panorama incantevole, il luogo dove la Madonna —secondo una pia tradizione — avrebbe trascorso diversi anni della vita insieme all'Apostolo Giovanni.

Detto luogo, come ben sapete, è mèta di pellegrinaggi anche da parte dei fedeli musulmani, che pure onorano la Madre di Gesù.

In quel recinto reso sacro da tante memorie cristiane abbiamo pregato con tutto il fervore del Nostro animo per l'unità e la santità della Chiesa di Cristo, per l'affratellamento dei popoli e perciò per la pace nel mondo.

Questo Nostro viaggio, come ognuno sa, ha avuto un epilogo, che Noi non esitiamo a definire storico; la visita cioè che, alla fine dello scorso ottobre, Noi abbiamo avuto la fortuna e l'onore di ricevere da Sua Santità il Patriarca ecumenico ortodosso Atenagora. Sono certamente ancora nelle menti e nei cuori le immagini e i pensieri che tale incontro produsse. Roma cattolica ha esultato. Roma dei Santi Pietro e Paolo ha cercato di rievocare quali vincoli di fraternità e di venerazione leghino tuttora, a distanza di secoli, la Chiesa romana alla Chiesa orientale ortodossa, ed ha ulteriormente sussultato di commozione nell'interpretare il singolarissimo avvenimento come un presagio di divini, amabili disegni.

Quale gioia, quale piacere poter riabbracciare il Patriarca Atenagora sulla soglia della Basilica del Principe degli Apostoli e quale commozione poter pregare insieme sul luogo dove sono state deposte le sacre Spoglie del Pescatore di Galilea, a cui Gesù affidò, nell'imperscrutabile Suo piano divino, la cura pastorale della Chiesa da Lui fondata.

Con le più pure e sincere intenzioni abbiamo pregato affinché lo Spirito Santo guidi tutti i seguaci di Cristo nel cammino verso l'unità, quale Cristo volle per la sua Chiesa.

Tra gli avvenimenti di questi ultimi sei mesi, che riguardano la vita interna e l'attività della Chiesa, occupa un posto di rilievo, sia per gli argomenti trattati, sia per il numero e la qualità dei partecipanti, sia per le conseguenze nel futuro e la risonanza nel mondo, il Terzo Congresso Mondiale per l'Apostolato dei Laici, che ha avuto luogo a Roma dall'11 al 18 ottobre scorso.

Esso ha riunito circa tremila persone, delegati di gruppi nazionali

e di organizzazioni cattoliche internazionali, consulenti ed esperti del vasto movimento che viene sotto il nome di « Apostolato dei Laici », e Osservatori di Comunità non cattoliche. Il tema proposto al loro studio riguardava « il Popolo di Dio nel cammino dell'umanità»; ed essi, distribuiti in vari gruppi di lavoro o adunati in assemblea plenaria, hanno approfondito, esaminato e discusso l'ampio argomento, e sopra alcune questioni particolari hanno formulato proposte e risoluzioni, che formeranno oggetto di attenta considerazione da parte del ((Consilium de Laicis » e degli altri Dicasteri competenti.

Molte cose sono state dette in quel convegno, e molto è stato scritto intorno ad esso e molto bene, anche se non tutto è senz'altro da approvarsi o da condividere. Delle non poche cose buone che ne sono emerse, vorremmo qui segnalarne una in particolare : il senso, cioè, di responsabilità e di disponibilità per la Chiesa, che anima il Laicato cattolico. I laici — ed è un segno senza dubbio molto incoraggiante — si sentono responsabili, sia nei riguardi dell'umanità intera, alla quale essi vogliono far intendere che la Chiesa è impegnata nell'animazione del temporale, sia nei riguardi della Gerarchia e del Clero, a cui il Laicato intende offrire la propria cooperazione nell'opera di salvezza e di « servizio » che la Chiesa tutta, per volere del suo Fondatore, è chiamata a compiere in mezzo agli uomini.

Noi vorremmo che a tutti questi Figli, che vogliono caratterizzarsi nel popolo di Dio per una generosa dedizione all'apostolato cattolico, una impressione restasse scolpita nella memoria e nel cuore : l'amore che il Papa per loro riserva, la fiducia perciò che in essi ripone e l'invito che a loro rivolge di voler sempre operare in leale armonia con il magistero e con la Gerarchia della Chiesa, non d'altro desiderosa che di vederli esplicare le funzioni loro assegnate dal recente Concilio.

Il Nostro sguardo, quasi invitato dall'accenno al Nostro Laicato, si allarga sul mondo; e perciò il Nostro pensiero, in questa circostanza, si porta spontaneamente a Betlemme e da Betlemme a Gerusalemme e agli altri Luoghi Santi della Palestina. La questione che li riguarda rimane tuttora insoluta, a causa di una condizione di cose molto complessa, e a tutti palese nel suo volto esteriore.

Qui basti dire che, com'è suo dovere nei confronti della cristianità, la Santa Sede non ha mancato di far oggetto di sollecita attenzione le iniziative che, in sede internazionale, potevano riferirsi al grave problema ; di esso abbiamo parlato con dirigenti qualificati e abbiamo dispo-

sto che fossero fatti sondaggi per vagliare le possibilità di abbozzare almeno un inizio di soluzione. Di queste intenzioni: abbiamo tenuto al corrente la Gerarchia Ortodossa e quella Anglicana, e si è creduto bene di informarne altresì i Governi, che hanno relazioni diplomatiche con la Santa Sede, nonché il Segretario Generale delle Nazioni Unite.

La questione, vista nei suoi termini generali, offre, ora, a Nostro avviso, due aspetti essenziali e impreteribili. Il primo riguarda i Luoghi Santi propriamente detti e tali considerati dalle tre grandi religioni monoteistiche aventi interesse, la ebrea, la cristiana e la musulmana, e intende tutelare la libertà di culto, il rispetto, la conservazione, l'accesso ai Luoghi Santi medesimi, protetti da immunità speciali mediante uno statuto proprio, alla cui osservanza faccia garanzia un'istituzione di carattere internazionale, con particolare riguardo alla fisionomia storica e religiosa di Gerusalemme.

Il secondo aspetto della questione si riferisce al libero godimento dei diritti religiosi e civili, che legittimamente spettano alle persone, alle sedi, alle attività di tutte le comunità presenti nel territorio della Palestina.

È ovvio che Noi seguiamo tutta la questione con vivissimo interesse, ma altresì con serena vigilanza e con fondata fiducia che essa abbia presso le Autorità competenti e presso la pubblica opinione la favorevole considerazione, che a Noi sembra le sia assolutamente dovuta, per la debita venerazione ai Luoghi Santi, per il bene e nel rispetto dei legittimi diritti di tutti, e per la promozione della pace e della riconciliazione degli spiriti.

Il tema conduce a dire una parola sulla situazione che si è formata nel Medio Oriente in seguito ai noti avvenimenti del giugno scorso; essa, com'è noto, ha nuovamente avuto momenti di accentuato pericolo; essa continua ad essere grave per eventuali ulteriori complicazioni. La questione stessa dei Luoghi Santi vi è collegata.

Subinde Beatissimus Pater lingua italica, gallica, anglica, hispanica, germanica, lusitana, polonica, graeca et russica cunctis, qui Eum audiebant, felicia omina dedit.

[1] **Cfr. *Rom.* 14, 17; *Gal.* 5, 22.**

SECRETARIA STATUS SEU PAPALIS

I

Litterae ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Card. Pizzardo, S. Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae tunc Praefectum.

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Haud parvo cum animi oblectamento Beatissimus Pater didicit, nunc Romae, auspice Sacra ista Congregatione, alterum Conventum Moderatorum Nationalium ecclesiasticis vocationibus fovendis pro Europae regionibus initum esse et felici itinere procedere.

Quemadmodum anno elapso evenit, cum primus vester coetus coactus est, nunc quoque Augustus Pontifex, nisi valetudinis condicionibus impediretur, vos rursus ac perquam libenter coram admissos alloqueretur, gratias agendi et gratulandi causa de tam salutari incepto, praesertim cum perspiciat exinde tam laetam fructuum messem iam succrescere. Ceterum, quantum ponderis et momenti hisce vestris coetibus iam ubique locorum tribuatur, ex eo quoque patet quod inter vos adsunt nonnulli ecclesiastici viri, qui ad Europae regiones non pertinent.

Perplacet Sanctitati Suae vobis laudis sensus proferre hanc aliam ob causam, quod Ipsi videntur sapienti consilio delecta esse argumenta, de quibus istic disceptandum est. In animo Augusti Pontificis non est, per has litteras, omnes quaestiones vestris coetibus propositas, amplas quidem et implexas, penitus enodare ac diiudicare. Attamen, quasi ad propositum rediens orationis superiore anno incohatae, qua illustravit quomodo adulescentes facilius vocem Dei vocantis audire possint, nunc Ipse maiore in lumine vult ponere quaedam capita, quae spectant ad modum quo iisdem adulescentibus sacerdotium Christi sit proponendum. Quae quidem capita, cum non satis semper aestimentur, inter causas praecipuas recensenda sunt, cur multae Europae regiones — eae praesertim quae in cultura, in re technica et oeconomica maio-

rem progressum assecutae sunt — ecclesiasticarum vocationum inopia laborent.

Nemo est qui ignoret, nostra bac aetate magnum pondus atque momentum attribuì humanitatis bonis vindicandis, quibus potissimum adulescentium mentes afficiantur. Quam ob rem, qui in proponendo iuvenibus sacerdotio huiuscemodi bona praetermittit, procul dubio in errorem incidit, eo vel magis quod Concilium Oecumenicum Vaticanum II eadem bona tantopere illustravit (cf. Decretum *Optatam totius, n.* 11). At non minus erret, qui, horum bonorum urgendorum causa, lineamenta sacerdotalis vitae posthabeat, quae in Ecclesiae doctrina veluti catholici sacerdotii fundamentum semper habita sunt.

Ecclesiasticae autem vocationes fiunt hodie numero rariores, quia sacerdotis vita atque sacrum officium aliter describitur, ac re et veritate sunt. Quare in primis sedula opera danda est, ut germana sacerdotii natura in sua luce bene collocetur; ut adulescentes, eam plane perspiciendo, ad sacerdotalia munia sicut ad excelsiorem quandam vitae plenitudinem assequendam totis viribus aspirent; sacerdos enim gratiam habet, cui nulla alia est comparanda, Christi imaginem ad vivum referendi, atque in mundo ipsius vices fungendi, ut Christi nomen, verbum et gratiam hominibus deferat. Quapropter sacerdotii candidati, sicut Concilium Vaticanum II sapientissime admonuit, « intima totius vitae consortione, ut amici, Ei adhaerere assuescant. Eius Mysterium Paschale ita vivant, ut in illud initiare sciant plebem sibi committendam. Christum quaerere edoceantur in verbi Dei fideli meditatione, in actuosa cum sacrosanctis Ecclesiae mysteriis communicatione, imprimis in Eucharistia et in Officio divino ; in Episcopo, qui eos mittit, et in hominibus ad quos mittuntur, praesertim pauperibus, parvulis, infirmis, peccatoribus et incredulis. Beatissimam Virginem Mariam, quae a Christo Iesu in cruce monente discípulo data est uti mater, filiali fiducia diligant et colant ... Discant ... alumni secundum formam Evangelii vivere, in fide, spe et caritate firmari, ut in earum exercitio spiritum orationis sibi acquirant, vocationis suae robur et munimen consequantur, ceterarum virtutum vigorem obtineant et zelo omnes homines Christo lucrifaciendi crescant » (ib. n. 8).

Cum haec adulescentibus recto rerum ordine proponuntur, eorum animi ad sacerdotium alliciuntur, et intimam quandam flammam concipiunt, quae in omni vita alitur atque extollitur, cum generosa iuvenum indoles suapte natura ad ardua quaeque et nobilia assequenda incen-

datur. Quodsi in sacerdotii effigie describenda, et, postea, in sacrorum seminariorum tradenda institutione id curetur, ut iuvenes Christum imitandum prae oculis semper habeant, eo consilio ut, sacerdotes quondam effecti, eius vitam hominibus nostri temporis repraesentent eiusque gratiam cum iis communicent et ubique diffundant, non modo ab incepto itinere non deficient, sed etiam omnia, quae ipsis gravia ac difficultatis plena sustinenda fuerint, libentissime amplectentur eaque parvi quidem laboris arbitrabuntur prae magnitudine propositi finis; spiritum etiam abnegationis et christianae mortificationis, sacrae disciplinae severitatem, onera, praecepta censebunt non veluti quaedam libertatis vincula, sed quasi palaestram, in qua non solum ad sui dominium adipiscendum exerceantur, sed etiam Crucem amare et Christo conformari assuescant; perspectam quoque habebunt virtutis oboedientiae praestantiam ac necessitatem — quae hodie minus aestimari videtur — ad Christi Domini alacri studio imitandum exemplum, qui sua oboedientia humanum genus redemit (cf. *Rom.* 5, 19; *Hebr.* 5, 8-9).

Beatissimus Pater haec vobis sedulo meditanda proponit, eademque vestrae sapientiae vestroque religionis studio commendat. Ac dum vobis Divini Paracliti lumen roburque implorat, ut vota Sua ad rem deducere valeatis in bonum iuvenum in spem Ecclesiae succrescentium, Christi Vicarius vobis singulis universis vestrique Conventus laboribus Apostolicam Benedictionem, Suae existimationis ac benevolentiae testem, peramanter impertit.

Interea, qua par est reverentia et observantia, permaneo

Eminentiae Tuae
addictissimus et deditissimus
A. I. Card. CICOGNANI

Ex Aedibus Vaticanis, die 4 Decembris 1967.

II

RESCRIPTUM

De vacatione legis Constitutione Apost. « Regimini Ecclesiae universae » latae.

Cum notae causae impediverint ne communes normae, seu ordo servandus, pro Romana Curia perficeretur ac propterea exsecutioni mandarentur die statuta per Apostolicam Constitutionem « Regimini Ecclesiae Universae », n. 12, Augustus Pontifex decrevit ut eadem Apostolica Constitutio die 1 mensis Martii, non autem 1 mensis Ianuarii, insequenti anno plene absoluteque vigere incipiat.

Item ea, quae ad Pontificiam Domum renovandam secundum n. 134 eiusdem Constitutionis pertinent, eadem die certum initium capient.

Ex Aedibus Vaticanis, diexxx mensis Decembris, A.D. 1967.

De mandato SS.mi

£B HAMLETUS IOANNES Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

DECRETUM

Iurisdictio Exarchi Apostolici pro Ucrainis in Anglia extenditur

Apostolica Constitutione, quae verbis incipit « Quia Christus », Exarchatus Apostolicus pro fidelibus Ucrainis ritus Byzantini in Anglia commorantibus feliciter erectus est die 10 mensis Iulii anno 1957.

Nunc vero ut administrationi et curae christifidelium Ucrainorum in Scotia quoque degentium maturius ac efficacius consuleretur, peropportunum huic Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali visum est iurisdictionem Exarchi Apostolici in Anglia etiam ad nobilem illam regionem protrahere.

Quapropter eadem Sacra Congregatio, audita sententia Episcoporum ritus Latini quorum interest et habito voto favorabili Visitatoris Apostolici pro Ucrainis Europae Occidentalis necnon Apostolici in Britannia Delegati, rogavit Exclmum P. D. D. Angelum Dell'Acqua, Secretariae Status Substitutum, ut de consulta extensione Summo Pontifici referre vellet.

Sslmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, in Audientia diei 8 mensis Martii volventis anni eidem Excmo D. Substituto concessa, benigne indulsit ut iurisdictio Hierarchae pro tempore praepositi Exarchatui Apostolico pro fidelibus Ucrainis in Anglia commorantibus extensa habeatur ad Scotiam, ita ut in posterum idem Hierarcha ((Exarchi Apostolici pro Ucrainis in Magna Britannia » titulum assumat, de re lato decreto.

Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 8 mensis Martii anno 1967.

GUSTAVUS Card. TESTA, *Pro-Praefectus*

L. « S.

© Marius Brini, Archiep. Algizen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 80 Septembris 1967. — Titulari episcopali Ecclesiae Tingariensi praefecit R. P. D. Robertum Frossard, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Veuillot, Archiepiscopi Parisiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Reperitanae R. P. D. Danielem Pézeril, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Veuillot, Archiepiscopi Parisiensis.

die 28 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Teglatensi in Proconsulari R. D. Iosephum Ramirum Pellecer Samayoa, curionem paroeciae Sancti Sebastiani martyris in civitate Guatemala, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Marii Casariego, Archiepiscopi Guatimalensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Putiensi in Numidia R. P. Richardum Ham Freely, sodalem Societatis de Maryknoll pro missionibus exteris, curionem paroeciae B. Mariae Virginis a Guadalupe in civitate Guatemala, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Marii Casariego, Archiepiscopi Guatimalensis.

die 29 Novembris, — Titulari episcopali Ecclesiae Thamugadensi R. D. Romanum Acevedo Rojas, pro-Vicarium Generalem archidioecesis Moreliensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Mariae Altamirano y Bulnes, Archiepiscopi Moreliensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Numidia R. P. Georgium a Modica, saeculo Georgium Scarso, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Cappuccinorum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Andreae Coimbra, Episcopi Patensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rusubbicarensi R. P. D. Iosephum da Silva Chaves, Vicarium Generalem dioecesis Uruassuensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Prada Carrera, Episcopi Uruassuensis.

die 1 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Serteitanae R. P.

Aloisium Bambarén Gastelumendi, Societatis Iesu, rectorem Collegii « San Ignacio » in civitate Piura, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Landázuri Ricketts, Archiepiscopi Limani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Megalopolitanae in Proconsulari R. D. Ernestum Alvares, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Caesaris Antonii Mosquera Corral, Archiepiscopi Guayaquilensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigisetanae in Mauretania R. D. Vincentium Cisneros Duran, rectorem Seminarii minoris Ambatensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Caesaris Antonii Mosquera Corral, Archiepiscopi Guayaquilensis.

die 2 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Horreoaninicensi Exc. P. D. Hieronymum Iosephum Podestà, hactenus Episcopum Avellanediensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vegeatensi Exc. P. D. Richardum O. Gerow, hactenus Episcopum Natchetensem-Jacksoniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Natchetensi-Jacksoniensi Exc. P. D. Iosephum B. Brunini, hactenus Episcopum tit. Axomitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Vichitensi Exc. P. D. Davidem M. Maloney, hactenus Episcopum tit. Ruspensem.

— Cathedrali Ecclesiae Great-Ormensi Exc. P. D. Eldonem Bernardum Schuster, hactenus Episcopum tit. Ambladensem.

die 11 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Huajuapanensi R. D. Iosephum López Lara, e clero archidioecesis Moreliensis, magistrum pietatis in Seminario Moreliensi.

die 15 Decembris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Aeclanensi R. P. D. Antonium Innocenti, e dioecesi Fesulana, Antistitem Urbanum, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Paraquariana.

die 23 Decembris. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Suensi R. P. D. Ioannem Graveiii, e dioecesi Pinnensi-Piscariensi, Antistitem Urbanum, quem deputavit Apostolicum Nuntium in Republica Boliviana.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

CLEVELANDENSIS

Nullitatis matrimonii (Kwatkowich - Weil)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ràimundi E. Weil, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 1 aprilis 1968, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis domini Raimundi Weil, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Gerardus M. Rogers, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 29 decembris a. 1967.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Raymond E. Weil, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 1er avril 1968, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Raymond E. Weil, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Baglioni - Amandola)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Pauli Baglioni, actoris in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 3 aprilis 1968, hora decima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 12 iulii 1956 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Pauli Baglioni, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ioseph Palazzini, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 8 ianuarii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Paul Baglioni, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 3 avril 1968, à 10 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 12 juillet 1956 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Paul paglioni, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

MEXICANA

Nullitatis matrimonii (Bulli - Martínez)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Demetrii Jvan Martínez, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram S. Eomana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 12 martii 1968, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Demetrii Jvan Martínez, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 ianuarii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Demetrio Jvan Martínez, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 12 mars 1968, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Oonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Demetrio Jvan Martínez, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

GANDAVENSIS

Nullitatis matrimonii (Good - Fester)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Iacobi (Jack) Fester, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) in diem 18 aprilis 1968, bora meridiana, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Iacobi Fester, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Carolus Lefebvre, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 ianuarii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jacques (Jack) Fester, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 18 avril 1968, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Oonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Jacques (Jack) Fester, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Serafini - Czulowski)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Czulowski Stanislaw, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 28 martii 1968, hora 9,30, pro sequentis dubii contestatione :

An constet de nullitate matrimonii in casti.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Czulowski Stanislaw, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Pius Menghi, *Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 28 decembris 1967.

Eugenius Palombella, *p. Cancellario*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Stanislaw Czulowski, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma - Piazza S. Giovanni in Laterano, 6) le 28 mars 1968, à 9 heures 30, pour concorder le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Stanislaw Czulowski, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Giovedì, 28 novembre 1967, nel Palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei Riti, presieduta dell'Emo Signor Cardinale Paolo Giobbe, Ponente o Relatore della Causa della Serva di Dio Maria Caterina Trojani di S. Rosa da Viterbo, fondatrice delle Suore Francescane Missionarie del Cuore Immacolato di Maria. In detta Congregazione *antepreparatoria* i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù della predetta Serva di Dio.

Mercoledì, 20 dicembre 1967, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati per intercessione della Venerabile Serva di Dio Clelia Barbieri, fondatrice delle Suore Minime dell'Addolorata.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha nominato :

16 ottobre 1967. S. E. Revma Monsig. Mariani Giovanni, Arcivescovo tit. di Missua, *Delegato Apostolico nell'Africa Occidentale.*

19 » » S. E. Revma Monsig. Mariani Giovane, Arcivescovo tit. di Missua, *Pro-Nunzio Apostolico nel Senegal.*

» » » S. E. Revma Monsig. Accogli Luigi, Arcivescovo tit. di Treba, *Pro-Nunzio Apostolico in Gina.*

31 » » S. E. Revma Monsig. Poggi Luigi, Arcivescovo tit. di Forontoniana, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica del Gabon.*

4 novembre » S. E. Revma Monsig. Poggi Luigi, Arcivescovo tit. di Forontoniana, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica G entro-Africana.*

8 gennaio 1968. L'Emo Signor Card. Seper Francesco, Arcivescovo di Zagreb, *Prefetto della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » L'Emo Signor Cardinale Gut Benno, *Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti e Presidente del « Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia ».*

8	gennaio	1968.	L'Illmo e Revmo Mons. Massimi Giuseppe, *Protonotarii) Apostolico «de numero participantium ».*
13	»	»	L'Emo Signor Cardinale Traglia Luigi, *Cancelliere di Santa Romana Chiesa.*
»	»	»	L'Emo Signor Cardinale Dell'Acqua Angelo, *Suo Vicario Generale per la Città di Roma e Distretto.*
15	»	»	L'Emo Signor Cardinale de Furstenberg Massimiliano, *Prefetto della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*
»	»	»	L'Emo Signor Cardinale Brennan Francesco J., *Prefetto della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*
17	»	»	L'Emo Signor Cardinale Garrone Gabriele Maria, *Prefetto della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*
19	»	»	L'Illmo e Revmo Mons. Fagiolo Vincenzo, *Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha nominato :

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

17	dicembre	1966.	Monsig. Sweeney Cornelio (Indianapolis).
27	aprile	1967.	Monsig. Duffy Tommaso Patrizio (Nashville).
»	»		Monsig. Kearney Merlin Francesco (Nashville).
11	maggio		Monsig. Ryan Patrizio Giacomo (Saint Paul and Minneapolis).
30			Monsig. Coleman Dionigio (New York).
»			Monsig. Me Guire Michele (New York).
»			Monsig. Hart Giacomo (New York).
»			Monsig. Me Keon Francesco (New York).
			Monsig. Flannery Guglielmo (New York).
7	giugno		Monsig. Dottorini Domenico (Perugia).
12	settembre		Monsig. Fornasaro Fortunato (Trieste-Capodistria).
21	»		Monsig. Turner Tommaso Agostino (Liverpool).
27	»		Monsig. Ferri Carlo (Imola).
18	ottobre		Monsig. Secondini Nazareno (Cagli e Pergola).
29	novembre		Monsig. Faraoni Vincenzo (Cagli e Pergola).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha nominato :

2	gennaio	1968.	Gli Emi Signori Cardinali: Doepfner Giulio, Larraona Arcadio M., Villot Giovanni, Garrone Gabriele M., Samorè Antonio, Parente Pietro, Dell'Acqua Angelo, *Membri della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*
»	»	»	Il Revmo Sac. Colagiovanni Emilio, *Difensore del Vincolo Sostituto presso il Tribunale della Sacra Romana Rota.*

17 gennaio 1968. Il Revmo Padre Schweiger Pietro, dei Missionari Figli del Onore Immacolato di Maria, *Consultore della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

20 » » L'Illmo e Revmo Mons. Moeller Carlo, il Revmo Sac. Keilbach Guglielmo e il Revmo Sac. Vorgrimler Erberto, *Consultori del Segretariato per i non credenti.*

22 » » Il Revmo Padre Kelly O'Connell Daniele Giuseppe, della Compagnia di Gesù, *Presidente della Pontificia Accademia delle Scienze, per il prossimo quadriennio.*

24 » » L'Emo Signor Cardinale Dell'Acqua Angelo, Suo Vicario Generale, *Presidente della Pontificia Opera per la Preservazione della Fede e per la Provvista di nuove Chiese'in Roma.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felice mente regnante, ha nominato :

Prelati Domestici di Sua Santità:

22 marzo 1966. Monsig. Del Duca Gaetano (Caracas).
» » » Monsig. Hernández Giovanni F. (Caracas).
» » Monsig. Moneada Delfino (Caracas).
» » Monsig. Rodríguez Alessandro (Caracas).
8 aprile 1967. Monsig. Campbell Tommaso P. (Cleveland).
10 » » MoUsig. Kochs Antonio (Münster).
14 » Monsig. Kajka Paolo *(Germania).* *
26 » Monsig. Gefell Gerardo (Rochester).
» » Monsig. Gefell Giuseppe (Rochester).
2 maggio » Monsig. Baker Giuseppe (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. Behrmann Vladimiro (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. Byrne Enrico (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. Curtin Giacomo (Saint Louis, Missouri).
» » Monsig. Gannon Rolando (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. Glynn Gerardo (Saint Louis, Missouri).
» Monsig. Harnett Giacomo (Saint Louis, Missouri).
» » Monsig. Kennedy Giovanni (Saint Louis, Missouri).
» Monsig. Lodes Giorgio (Saint Louis, Missouri).
» » Monsig. Meyer Luigi (Saint Louis, Missouri).
» » Monsig. Michalski Giuseppe (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. Molloy Patrizio (Saint Louis, Missouri).
» » Monsig. Runge Fintano (Saint Louis, Missouri).
» » » Monsig. White Clarehzio (Saint Louis, Missouri).
10 » » Monsig. Bradley Paolo (Trenton).
15 » » Monsig. Beahan Ugo Michele (Grand Rapids).
» Monsig. Dunphy Giuseppe (Grand Rapids).
» » Monsig. Gallagher Vittore (Grand Rapids).
» » Monsig. Grill Giuseppe Walter (Grand Rapids).

15 maggio	1967.	Monsig.	Guzikowski Gerardo (Grand Rapids).
» »	»	Monsig.	Hoogterp Guglielmo (Grand Rapids).
» »	»	Monsig.	Jendrasiak Giacomo (Grand Rapids).
» »	»	Monsig.	Jude Walter (Grand Rapids).
» »	»	Monsig.	Murphy Giuseppe (Grand Rapids).
» »	»	Monsig.	Zerf as Ermanno (Grand Rapids).
24 »	»	Monsig.	McCrystal Giovanni (Oovington).
» »	»	Monsig.	Martimort Amato Giorgio (Toulouse).
9 giugno	»	Monsig.	Schmid Paolo (Gary).
12 »	»	Monsig.	Holzmann Paolo (Bamberg).
» . »	»	Monsig.	Pieger Nicola (Bamberg).
» »	»	Monsig.	Schneider Giuseppe (Bamberg).
» »	»	Monsig.	Schweiger Ottone (Regensburg).
23 »	»	Monsig.	Flecken Giovanni (Köln).
28 »	»	Monsig.	Montano Edoardo (New York).
» »	»	Monsig.	O'Connor Giacomo (New York).
» »	»	Monsig.	Reynolds Giacomo (New York).
» »	»	Monsig.	Sullivan Giovanni (New York).
» »	»	Monsig.	Monleon Pietro (Seattle).
» »	»	Monsig.	O'Oallaghan Michele (Seattle).
4 luglio	»	Monsig.	Jellico Tommaso (Charleston).
» »	»	Monsig.	Boyd Giovanni (Fall River).
» »	»	Monsig.	Chippendale Giovanni (Fall River).
» »	»	Monsig.	Duart Leone (Fall River).
» »	»	Monsig.	Dupuis Arturo (Fall River).
» »	»	Monsig.	Hull Lester Lorenzo (Fall River).
» »	»	Monsig.	Hurley Patrizio (Fall River).
» »	»	Monsig.	Levasseur Armando (Fall River).
» »	»	Monsig.	Stanton Roberto (Fall River).
» »	»	Monsig.	Sullivan Giorgio (Fall River).
» »	»	Monsig.	Thomson Guglielmo (Fall River).
11 »	»	Monsig.	Habiger Giacomo Davide (Winona).
» »	»	Monsig.	Murray Devlin Leone (Winona).
19 »	»	Monsig.	Greve Raimondo (Berlin).
» »	»	Monsig.	Heyder Alfredo (Berlin).
» »	»	Monsig.	Klausener Erico (Berlin).
9 agosto	»	Monsig.	Brennan Eustachio (Milwaukee).
18 »	»	Monsig.	Ott Stanislao Giuseppe (Baton Rouge).
30 »	»	Monsig.	Greer Edoardo Cronin (Devenport).
» »	»	Monsig.	Griffith Carlo Francesco (Davenport).
» »	»	Monsig.	O'Connor Edoardo Michele (Davenport).
» »	»	Monsig.	Rapallo Edoardo (Gibraltar).
4 settembre	»	Monsig.	McLaghlin Tommaso (Aberdeen).
» »	»	Monsig.	Egloff Maurizio (Evansville).
» »	»	Monsig.	Hirsch Clinton (Evansville).
» »	»	Monsig.	Lindauer Clarenzio (Evansville).
» »	»	Monsig.	Meyer Omer (Evansville).
» »	»	Monsig.	Niehaus Federico (Evansville).
» »	»	Monsig.	Schoettelkotte Carlo (Evansville).

4 settembre 1967. Monsig. Nolan Tommaso Albano (Middlesbrough).

12 » » Monsig. Espinosa Sánchez Arturo (Guadalajara).

» » » Monsig. Romero Órnelas Carlo (Guadalajara).

13 » » Monsig. Martínez Ugo (Huehuetenango).

26 » » Monsig. Lebini Lorenzo (Brescia).

» » » Monsig. Costanzo Pietro (Ivrea).

» » » Monsig. Pittarelli Giuseppe (Ivrea).

» » » Monsig. Buttitta Domenico (Palermo).

27 » » Monsig. Breton Giovanni (Nancy).

29 » » Monsig. Pagliara Vincenzo (Salerno).

4 ottobre » Monsig. Allegretti Giuseppe Maria (Caracas).

20 » Monsig. Varikatt Giacomo (Tellicherry).

23 » » Monsig. Ferrali Sabatino (Pistoia).

» » » Monsig. Petracchi Giovanni (Pistoia).

28 » » Monsig. Coppa Giovanni (Alba).

3 novembre Monsig. Schiaffino Simone (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha conferito:

La Oran Croce dell'Ordine Piano:

23 ottobre 1967. A S. E. il sig. Aleixo Pedro, Vi€e"-Presidente della Repubblica del Brasile, Presidente del Congresso Nazionale.

» » » A S. E. il sig. De Magalhaes Pinto José, Ministro degli Affari Esteri del Brasile.

» » » A S. E. il sig. Gallotti Luis, Ministro Presidente del Supremo Tribunale Federale del Brasile.

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1967. A S. E. il sig. Pacheco Rondón *(Brasile).*

» » » A S. E. il sig. Correa Da Costa Sergio, Ambasciatore *(Brasile).*

» » » Al sig. Suardi Lorenzo (Bergamo).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

23 ottobre 1967. A S. E. il Gen. Portella De Mello Jaime *(Brasile).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

11 maggio 1967. A S. E. il sig. Huber Ludovico, Ministro per il Culto e l'Educazione in Baviera.

23 ottobre » A S. E. il sig. De Pimentel - Brandâo Manuel Antonio, Ambasciatore *(Brasile).*

» » » A S. E. il sig. Grieco Donatello, Ambasciatore *(Brasile).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 settembre 1967. Al sig. Sanzo Vito (Roma).
15 » » A S. E. Akbil Melih *(Turchia).*
» »)) A S. E. Kiyasi Celâdet *(Turchia).*
» » » A S. E. Türkmen Uter *(Turchia).*
» » » Al sig. Namik Kemal Sentürk *(Turchia).*
» » » Al sig. Vefa Payaz *(Turchia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 ottobre 1967. Al sig. Simoncini Costantino (Bergamo).

La Commenda dell'Ordine di san Gregogio Magno, classe civile :

16 maggio 1967. Al sig. Drouineau Roberto (Poitiers).
23 » » Al sig. Dockweiler Enrico (Los Angeles).
» » » Al sig. Doyle Giuseppe (Los Angeles).
» » » Al sig. Faulk Ermanno (Los Angelesì.
» » » Al sig. Hayden Guglielmo (Los Angeles).
» » » Al sig. Pelletier Adriano (Los Angeles).
» » » Al sig. Romero Tobia (Los Angeles).
» » » Al sig. Thüle Alberto (Los Angeles).
» » » Al sig. Thüle Giovanni (Los Angeles).
1 giugno » Al sig. Calleros Cleofa (El Paso).
11 luglio » Al sig. Cerha Vittore (Wien).
18 agosto » Al sig. Van Ypersele de Strihou Adelin (Malines-Bruxelles).
24 » » Al sig. Van der Schueren Gerardo (Gand).
» » » Al sig. Boonen Pietro (Malines-Bruxelles).

NECROLOGIO

30 dicembre 1967. Monsig. Louis Georges Auguste, Vescovo tit. di Mimiana.
8 gennaio 1968. Monsig. Cleire Richard, Vescovo tit. di Tadamata.
12 » » Monsig. Falière Albert Pierre, Arcivescovo tit. di Traianopoli di Rodope.
19 » » Monsig. Gelat Vincent, Vescovo tit. di Menoide, Ausiliare del Patriarca Latino di Gerusalemme.
21 » » Monsig. Shvoy La jos, Vescovo di Székesfehérvár.
23 » » Monsig. Aguilera Narbona Pedro, Vescovo tit. di Tambee.
29 » » L'Emo Signor Card. Tappouni Ignazio Gabriele, Patriarca di Antiochia dei Siri.

An. et vol. LX 29 Februarii 1968 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NELLORENSIS,
(KURNOOLENSIS)

E diviso territorio dioecesis Nellorensis nova dioecesis efficitur « Kurnoolensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
servus servorum dei
ad perpetuam rei memoriam

Munus apostolicum, sane gravissimum, quod in beatissimi Petri similitudinem Dei voluntate suscepimus, id sane et docet, et monet et efficit ut quicquid in Ecclesiae sanctae commodum atque utilitatem quavis ratione cedere intellexerimus posse, « quam acquisivit sanguine suo » *(Act.,* 20, 28), id profecto summa diligentia, quantum in Nobis est, fieri curemus, si quidem pascere dominicum gregem, id est omnia comparare quae ad vitam aeternam conducant, documentum est amoris, si Augustino fidem tribuimus *(In Io.,* 21, 15-17). Quam ob rem, cum Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando, auditis quidem tum venerabili Fratre Iacobo Roberto Knox, Archiepiscopo titulo Melitenaeo atque Apostolico in India Internuntio, tum etiam venerabili Fratre Villelmo Bouter, Episcopo Nellorensi, censuerit dioecesim Nellorensem ita esse dividendam ut alia dioecesis conderetur, Nos, re aequa consideratione reputata, haec statuimus atque iubemus. Detractis ab Ecclesia Nellorensi iis districtibus, ut dicunt, qui eorum sermone Kurnool et

Anantapur cognominantur, quique Statu civili comprehenduntur Andhra Pradesh, novam dioecesim constituimus, a principe terrae urbe Kurnoolensem appellandam, atque clero saeculari, quem dicere solent, concredendam. Haec archidioecesi Hyderabadensi suffraganea erit, eiusque sedem in urbe Kurnool ponimus, censentes cathedram in templo Sanctae Teresiae Abulensis collocari, in eadem civitate. Canonicorum collegium condatur; quod si ad praesens fieri nequeat, Episcopus Kurnoolensis Consultores dioecesanos deligi curet, quorum consilio et opere utatur in rebus maioris momenti decernendis. Cetera omnia ad leges Iuris Canonici fiant atque temperentur. Cum autem res ad exitum adducta fuerit, documenta et acta, quae conditam Sedem respiciant, ad Curiam eius episcopalem mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum haec quae mandavimus, venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox facienda studeat, vel qui eo tempore in eius locum successerit. Re acta, documenta exarentur, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario
ffi H**AMLETUS** I. Card. C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

G**REGORIUS** P. Card. A**GAGIANIAN**
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco gg Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXV, n. 11.

II
ARUNDELLIENSIS - BRICHTELMESTUNENSIS

In Ecclesia Arundelliensi-Brichtelmestunensi cathedrale collegium Canonicorum constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Canonicorum institutum etsi breviter consideret, is facile intelleget cur apud Ecclesiam sanctam, Christi sponsam castissimam, horum Collegiorum constitutionem praecipuum semper locum obtinuerit : non solum enim cathedrale Capitulum, quod cognominant, senatus est ecclesiastici ordinis atque Praesulum, verum etiam preces iustis honoribus ac memori mente summo atque adorando Dei numini publice atque Ecclesiae nomine adhibet, qua re nihil sanctius esse potest. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Ioannes Cashman, Episcopus Arundelliensis-Brichtelmestunensis, ab hac Apostolica Sede nuper petierit ut in suo cathedrali templo Canonicorum collegium conderetur, Nos consilio petito a venerabili Fratre Hygino Cardinale, Archiepiscopo titulo Neptensi atque in Magna Britannia Apostolico Delegato, admotis precibus accedentes haec statuimus atque iubemus. In templo cathedrali Arundelliensi-Brichtelmestunensi Canonicorum collegium constituimus, quod una constabit Dignitate, nempe Praeposito, atque undecim Canonicis. Chorales preces semel in mense a Canonicis fundentur, praeter aestiva tempora, idque absolvetur unius horae Tertiae recitatione atque Missae celebratione. Ad habitum quod attinet, Praepositus et Canonici, in capitularibus caerimoniis et intra limites dioecesis, super vestem talarem induent rochetum et mantelletum purpurei coloris, circumornatum mustellinis limbis. Dum autem sive Dignitas sive Canonicatus fuerint congrua praebenda instructi, poterunt etiam iis sacerdotibus assignari; qui alio beneficio fruantur, etsi cum animorum curatione coniuncto. Cetera omnia, Canonicorum scilicet officia, iura, privilegia, Iura Canonico temperentur, atque Constitutionibus capitularibus, quae quam primum conscribantur ab Episcopoque probentur. Ceterum quae per has Litteras Nostras praescripsimus, venerabilis Frater Hyginus Cardinale exsequi studebit, vel quem ille delegaverit. Re vero ad exitum adducta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini prae^ terea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario
© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXV, n. *U.*

III

ZAMBOANGENSIS
(DIPOLOGANAE)

Detracta parte a dioecesi Zamboangensi, nova constituitur dioecesis « Dipologana » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantum prosit, quantumque utilitatis afferat Ecclesiae sanctae dioecesium territoria dividi, quarum fines nimis in amplitudinem pateant, is prorsus intelleget, qui modo consideraverit per sacrarum Se-

dium partitionem novarumque constitutionem Episcopos, seu « apostolos Ecclesiarum » *(2 Cor.,* 8, 23), qui praesideant, augeri, atque idcirco, multiplicatis praeconibus Evangelii, ducibusque populi christiani, posse facilius fidem, quae est in Christo Iesu, puram sanctamque servari, et maturius inter gentes propagari. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Linus R. Gonzaga et Rasdesales, coetu Episcoporum suae Nationis sententiam rogato, ab hac Apostolica Sede id petierit ut e sua Ecclesia Zamboangensi alia per divisionem territorii conderetur dioecesis, Nos re bene reputata auditoque venerabili Fratre Carolo Martini, Archiepiscopo titulo Abaritano atque in Insulis Philippinis Apostolico Nuntio, haec statuimus. Ab archidioecesis Zamboangensis territorio eam partem separamus, quae civilem provinciam constituit vulgo ((Zamboanga dei Norte » cognominatam ; atque ex ea dioecesim condimus *Dipologanam* appellandam. Huius Episcopus sedem suae auctoritatis in urbe Dipolog ponet, cathedra in sacra aede collocata Dominae Nostrae a SS. Rosario, quam ad Cathedralis gradum tollimus. Novam Ecclesiam Zamboangensi Sedi metropolitanae suffraganeam facimus, id praeterea censentes ut Canonicorum collegium constituatur, ad normam per alias Litteras Apostolicas dandas. Interea tamen Consultores dioecesani deligantur qui Episcopo assint consilio atque opera. Episcopalem mensam, quam dicunt, conficient : Curiae proventus, populi liberae collationes, bona, pro rata parte, quae ab archidioecesi Zamboangensi ad dioecesim Dipologanam transferentur, ad canonem 1500 C.I.C. De Seminarii dioecesani erectione id statuimus quae tum ius commune praescribit, tum regulae Sacrae Congregationis de Seminariis atque Studiorum Universitatibus, tum etiam Decretum Concilii Vaticani II « Optatam totius ». Ex quo nempe Seminario lecti iuvenes, cum theologicis atque philosophicis disciplinis imbui debent, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Philippinum. Ad cetera quod attinet : sive scilicet regimen, sive electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera, sacri canones prorsus serventur. De clericis vero ita censemus, ut sacerdotes illi Ecclesiae assignentur, in qua, acta divisione, beneficium seu officium habeant ; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Postremo, acta et documenta quae ad Dipologanam dioecesim pertineant ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum, quae per has Litteras Nostras praescripsimus, venerabilis Prater Carolus Martini exsequi studebit, vel quem ipse delegaverit. Re ad exitum adducta, documenta sueta exarentur, eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die uno et tricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario
© H**AMLETUS** I. Card. C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

C**AROLUS** Card. C**ONPALONIERI**
S. Congr. Consist. Pro-Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ;33 Plumbi

In Ap Cane, tab., vol. CXXV, n. 41.

IV

KINGSTONENSIS
(SINUS SERENI)

Kingstonensis Ecclesia ita dividitur ut ex eius territorio nova dioecesis constituatur cognomine « Sinus Sereni ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sicut providus atque sollicitus pater familias in ea re curas suas omnes ponit atque defigit ut liberis suis bene consulat, quibus rem nullam habet in sua vita cariorem, ita et Nos, qui sanctissimo Dei con-

silio ac summi Numinis benignitate « Pater multarum gentium constituti sumus» (cf. *Gen.,* 17, 15), nihil umquam potius, nihil antiquius habuimus christianae Rei publicae cura : resonant enim in animo Nostro plena gravitatis verba : « Pasce agnos meos ... pasce oves meas » *(Io.* 21, 15-17). Quandoquidem ergo Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando visum fuerit, post quidem venerabiles Fratres auditos Mariam Iosephum Lemieux, Archiepiscopum titulo Salditanum atque in Haitiana Republica Apostolicum Nuntium, et Ioannem Iosephum McEleney, Ordinarium Praesulem Kingstonensem, hanc eandem dioecesim dividere atque ex eius territorio novam condere, Nos haec statuimus atque iubemus. Distractis a dioecesi Kingstonensi civilibus paroeciis vulgo Hanover, Sancti Iacobi, Westmoreland, Sanctae Elisabeth, Trelawny, Manchester, Sanctae Annae, novam dioecesim constituimus, *Sinus Sereni* cognomine, quam Sedi metropolitanae Regiopolitanae in Iamaica suffraganeam facimus, hac ipsa die ad hunc gradum evectae; eius Ecclesiae caput, urbs quam populus Montego Bay appellat, erit; cathedrale vero templum illud, quod est SS. Sacramento dicatum in eadem urbe. Censemus autem in nova dioecesi cathedrale collegium Canonicorum constitui, ad normam Iuris Canonici; quod si impossibile sit, rebus haud propiciis, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint consilio atque opera. Item Seminarium extruatur, pueris excipiendis ad sacerdotium vocatis; id enim quantum ad Ecclesiarum prosperitatem atque felicitatem conducat, nemo non videt. Ad mensam, electionem Vicarii Capitularis Sede vacante, iura cleri et populi, similia quod attinet, Iure Canonico temperentur. Postremo, documenta et acta quae novam dioecesim quovis modo respiciant, ad episcopalem Curiam Sinus Sereni cito mittantur, ibique religiose custodiantur. Quae autem per has Litteras iubemus, venerabilis Frater Maria Iosephus Lemieux fieri curet, vel quem ille delegaverit. Re vero ad exitum adducta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mature mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in eccle-

siastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro S. R. E. Cancellario

© HAMLETUS I. Card. GICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANTAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXV, n. 56.

EPISTULAE

I

Exc.mo P. D. Henrico Vion, Pictaviensi Episcopo, ob agenda sollemnia, sexto decimo exacto saeculo a piissimo Sancti Hilarii obitu.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pietavae decus, praesidium Galliae, Ecclesiae lumen, Sanctus Hilarius antiquis et secutis temporibus quasi « indeficientis lampadis splendore » coruscat ; [1] mox vero eius fama studiosi renovabitur, cum, ob sextum decimum expletum saeculum ab eius piissimo obitu, probando consilio in eiusdem patria agentur sollemnia, ut nobili velut obsequii certatione ac digno multigenarum celebritatum apparatu tanti recolatur viri memoria. Quae quidem sollemnia aliquo modo participare cupientes, has Litteras ad te, Venerabilis Frater, dare statuimus, qui « venerandi Hilarii, Ecclesiae catholicae acerrimi defensoris)), [2] obtines sedem.

[1] Cfr. *Vita S. HU.*, I ; *PL* 88, 442.

[2] Cfr. S. Aug., *Contra Iul.*, 1, 3; *PL* 44, 645

Primus hic doctor Ecclesiae Latinae — nam Sanctus Irenaeus, Lugdunensis Episcopus, qui eum tempore praecessit, ex Oriente venerat istuc estque in exarandis scriptis Graeco usus sermone — postquam ab ethnicae religionis cultu, Sacrarum Scripturarum luce radiante, ad christianam fidem est traductus, seu, quemadmodum ipse ait, « regene - ratus pridem »,[3] et natalis urbis Pictavae, universi populi poscentibus suffragiis, creatus Episcopus, non solum praestabili, qua florebat eloquentia, verum etiam libris, quos composuit, veritatem catholicam perquisivi^ explanavit, defendit. Propter hanc dicendi gravitatem et copiam a Sancto Hieronymo *Latinae eloquentiae Rhodanus* est ille argute vocatus ;[1] et pastorale eius ministerium, quod ope scriptionum in vulgus emissarum exercetur, sic a Bufino Aquileiensi commemoratur : « Libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus et haereticorum versutias, et nostrorum deceptiones et male credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, ut et praesentes et longe positos, qui ipse per se disserere viva voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret ».[5]

tia tamquam universae nationis sacrarium est nuper renuntiatum. Singularis autem pietas, cuius Conchensem hanc ecclesiam praecipuam esse sedem constat, Sodalibus SS.mi Redemptoris et laudi et merito vertit, qui Pii PP. IX, Decessoris Nostri imm. rec, votum im pensa alacritate implentes, traditam sibi imaginem Nostrae Dominae a Perpetuo Succursu fidelissime custodierunt eiusque tam nomen quam cultum usquequaque evulgandum curaverunt. Religiosa enim domus hac in urbe mox est condita, unde ceterae eiusdem Congregationis domus in Australi America originem duxerunt ; templum vero magnifice exstructum atque caelesti Reginae est pariter dicatum, missionalis operis Patronae. Cum ergo haud ita pridem Alfonsiani alumni saecularem agerent memoriam apostolatus marialis tam faustis initi auspiciis, Episcopale Aequatoriae Consilium id templum seu sacrarium ampliore titulo esse decorandum censuit, ideoque per sui Praesidis litteras dignitatem Basilicae Minoris a Nobis postulavit. Huiusmodi autem votum, cuius Conchensem Archiepiscopum necnon eiusdem religiosae familiae Praepositum novimus in primis esse participes, libenti animo statuimus admittere, id fore confisi ut pietas in Deiparam impensius usque foveatur uberioresque in dies fructus in animis fidelium edat. Quapropter ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam Beatissimae Virgini Mariae a Perpetuo Succursu sacram, quae in urbe Concha Aequatoriae exstat, titulo atque dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et condecoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Decembris, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae paroeciali S. Suitberti, in loco « Insula Caesaris » urbis Duesseldorpii, archidioecesis Coloniensis, deferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquitate et religione insignis merito praedicatur paroecialis ecclesia, Sancto Suitberto sacra, quae in suburbana regione, « Insula Caesaris » seu, ut vulgo appellant, ((Kaiserswerth », civitatis Duesseldorpii posita, finibus archidioecesis Coloniensis continetur. Sanctus ille vir, socius Willibrordi, sub finem saeculi septimi, e patria sua Britannia eo advenit, Evangelium Christi annuntiaturus, ibique ecclesiam et monasterium constituit. Pro qua sacra aede saeculo undecimo basilica nova est substituía, structurae genere Romanico, quod dicunt, conspicua, et saeculo tertio decimo a latere chori amplificata. Pretiosissimus veluti thesaurus huius templi habetur arca ab aurificibus Scholae Coloniensis, quam vocant, eleganti manu perfecta, in qua ossa Sancti Suitberti condita sunt. Ad quod « gloriosum sepulcrum » Christifideles pietatis causa se effundere consueverunt, maxime Calendis Martiis, quibus sollemne eiusdem Caelitis celebratur. Templum preterea cultu, egregia supellectile, vestibus divinis ritibus accommodis affatim commendatur. Quibus omnibus permotus, Dilectus Filius Noster Iosephus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Frings, Coloniensis Archiepiscopus, exceptis votis cleri et populi fidelis eiusdem paroeciae, Nos rogavit, ut ecclesiam, tot laudibus illustrem, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Deo in honorem Sancti Suitberti, Episcopi et Confessoris, consecratam in suburbio civitatis Duesseldorpii, intra fines Coloniensis archidioecesis, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis eodem titulo ornatis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare po-

terant, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Martii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

8B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo Immaculata a Sacro Nomismate principalis Patrona dioecesis Caxiensis in Maragnano renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Munus amplissimum quo in divina salutis dispensatione perfungitur Beata Maria Virgo, quae <(ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur » (cf. Oecum. Conc. Vatic. II: Const. dogm. *Lumen Gentium*, 53), adeo efficax atque praesens in unaquaque christiani orbis parte apparet, ut universi fideles, certa profecto spe ducti, ad eandem saepius confugiant eiusque firmum patrocinium sibi expetere soleant. Ita prorsus de Caxiensi in Maragnano dioecesi videtur esse dicendum, quippe in qua marialis religio, peculiari a Sacro Nomismate sumpta appellatione, impensum in animis excitet amorem eosque ad publice praestanda caelesti Reginae officia venerationis inducat. Rettulit enim Venerabilis Frater Aloisius Gonzaga da Cunha Marellim, huiusce Pastor Ecclesiae, tantum revera esse pietatis fervorem, ut nuper, votis sive cleri sive populi sui concedens, Sanctam Deiparam tamquam Patronam totius sibi commissae dicionis elegerit. Qua de causa id etiam postulavit, ut renuntiationem huiusmodi per Nostrae auctoritatis decretum comprobaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam, a Sacro Nomismate, seu « da Medalha Milagrosa » pie appellatam, principalem apud Deum totius Caxiensis in Maragnano dioecesis caelestem *Patronam* confirmamus, seu constitui-

mus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt, additaque facultate eiusdem festum liturgicum quotannis, die XXVII mensis Novembris, celebrandi cum Officio et Missa pro Congregatione Missionis legitime approbatis. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Maii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

& HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Sanctus Philippus a Iesu, Martyr, principalis Patronus dioecesis Tlalnepantlanae eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Invictum Christi athletam, e Mexico oriundum, Ordinis Franciscalis alumnum, Sanctum Philippum a Iesu, Christifideles dioecesis Tlalnepantlanae singulari pietatis studio colere perhibentur. Quo permotus, Venerabilis Frater Philippus a Iesu Cueto González, praedictae Sedis Episcopus, libenti animo vota implens Canonicorum ecclesiae cathedralis, universi cleri populique Dei, suis curis commissi, Caelitem illum, qui pro Deo sanguinem suum profudit, suae iurisdictionis supernum Patronum elegit, ut gregem sibi concreditum ille valido obtegeret praesidio remque catholicam magnis proveheret auctibus. Cum igitur idem Tlalnepantlanus Ordinarius Nos rogasset, ut electionem ratam haberemus, Nos precibus eiusmodi volentes concedere statuimus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Philippum a Iesu, Märtyrern, principalem apud Deum caelestem *Patronum* totius dioecesis Tlalnepantlanae confirmamus, seu

constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iunii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.

£8 HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Vicariatus apostolici Jesseltonensis, Kuchingensis, Miriensis seiunguntur a Legatione Apostolica in Indonesia et subiciuntur Delegationi Apostolicae Thailandensi, Laosiensi, Malacensi et Singaporensi.

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam. — Supremum munus apostolicum Nos inducit, ut sollerter diligenterque ea praestemus, quae nomini christiano propagando et saluti fidelium in regionibus degentium, quae ab Evangelii praeconibus excoluntur, magis conducere videantur. Curandum igitur est Nobis, ut res in quibusdam Asiae orientalis territoriis ratione his temporibus magis consentanea componantur; scilicet visum est Nobis Vicariatus Apostolicos Jesseltonensem, Kuchingensem et Miriensem, qui usque adhuc Legationi Apostolicae in Indonesia erant obnoxii, inde distrahere aliique subicere auctoritati. Quae cum ita sint, Nos e consulto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, praedictos Vicariatus Apostolicos Jesseltonensem, Kuchingensem et Miriensem, a Legatione Apostolica in Indonesia seiungimus et Delegationi Apostolicae Thailandensi, Laosiensi et Paeninsulae Malacensis adicimus, quae in posterum *Delegatio Thailandensi*Sj *Laosiensis, Malacensis et Singaporensis* appellabitur. Contra-

riis quibusvis nihil ostantibus. Haec edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Novembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. OICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

S. Pius X, Papa et Confessor, principalis Patronus Congregationis Filiorum Sanctae Mariae Immaculatae eligitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Romanus Antistes Pius nomine decimus, ... ex ore Christi elapsum strenue implens praeceptum, pascendo dilexit et diligendo pavit ». Haec verba elocutus est Pius Pp. duodecimus, postquam, duobus diebus ante, eximium illum Ecclesiae Pastorem, suum Nostrumque Decessorem, coram fidelium acclamante multitudine Sanctorum fastis accensuit *(A. A. S.* 46 [1954] p. 313). Hunc Caelitem, caritate suavem, Filii Sanctae Mariae Immaculatae praecipuis colunt obsequiis. Sunt enim memores illum, in Petri Cathedra vix constitutum, paternas curas in Opus ab Antonio Piccardo, sacerdote, quem auctorem habent, conditum, intendisse, eidemque Sodalitati nomen et ius tribuisse Congregationis religiosae. Ob hanc igitur singularem pietatem, Supremus eius Moderator et Consilium ipsius, vota implentes omnium sodalium, Sanctum Pium Pp. decimum praedictae Congregationis principalem Patronum elegerunt. Preces igitur Nobis sunt adhibitae ut hanc electionem ratam haberemus. Quibus postulationibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Pium decimum, Papam et Confessorem, principalem totius Congregationis Filiorum Sanctae Mariae Immaculatae caelestem

apud Deum *Patronum* confirmamus, seu iterum constituimus ac f enuntiamus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Decembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

© HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad Exc.mum P. D. Antonium Baraniak, Archiepiscopum Posnaniensem, ob celebranda sollemnia, mille transactis annis ab illa condita Ecclesia.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Mille transactos annos, ex quo pervetusta Posnaniensis Ecclesia a Decessore Nostro Ioanne XIII v. m. condita est, scilicet anno DCCCCLXVIII, a vobis sollemni cultu istic memoratum iri, datas per litteras Nos edocuisti. Id autem una simul petiisti, nomine quoque cleri populique tibi concrediti, ut próximas celebritates benevolentiae Nostrae votorumque Nostrorum pignore et significatione honestaremus atque adeo eaedem fierent laetiores.

Quod optatum, tanta cum filiorum observantia et comitate prolatum, libentissime accipientes, in gaudii vestri partem venire properamus, ita ut per hanc Epistulam vox Nostra tamquam praesens vobis gratulabunda resonet, vobisque salutariter et bene precetur.

Consilium Nobis non est, ut res in Posnaniensi archidioecesi gestas in recordationem revocemus, praesertim cum ea alte in animis vestris

insideant. Neque tamen vos praeterit, anno MDCCCCLVI, cum universa Polonia decem recoler et saecula post acceptum Christi Evangelium, rerum summam, ad sacram religionem in Patria vestra attinentium, Nos veluti delineasse. At unum tantummodo libet recolere, quod ipse, venerabilis Frater, disertis verbis nitido in lumine collocasti : scilicet festivitates, quibus nobilissima fidei vestrae exordia integrum per annum celebraturi estis, in eundem incidere decursum anni, quem Nos a profitenda fide christiana nuncupari voluimus, ob undevicies centenas memorias recurrentes a Beatorum Apostolorum Petri et Pauli Romae facto martyrio : Apostolos dicimus, quibus tutanda Metropolitana Posnaniensis Ecclesia, utpote suis praecipuis caelestibus praestitibus, a Decessoribus Nostris commissa et consecrata fuit.

Habetis igitur, cur albo lapillo proximos dies festos signetis, qui cum singulari universae Ecclesiae eventu coniuncti vobis contingunt; habetis, cur nascentis Ecclesiae vestrae primordia commoto ac religiosissimo animo recensentes, christianae fidei proposita confirmetis, eiusque praecepta in moribus et institutis, sive singulorum, sive familiarum, sive societatis, profiteamini. Fides enim, « sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium fl,[1] dum ore profertur, in actum etiam vitae sese extendat oportet, ut pulchre scribit S. Augustinus : ((Non solum vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua. Cum voce cantaveris, silebis aliquando : vita sic canta, ut numquam sileas)).[2] « Vox tua in factis sit: ...in bonis operibus tuis gratuita sit dilectio Dei, benefica sit dilectio proximi ».[3]

Multum igitur optamus, ut ista saecularia sollemnia vestra magnam vividamque fidei flammam apud cunctos civium ordines excitent atque propagent, ut, patrum vestrorum hereditate sancte servata, cunctarum virtutum inde eluceatis gratia. Vobis propitii aderunt Sancti Patroni Petrus et Paulus, ac materna vos benignitate tuebitur Beatissima Virgo Maria, Dei Ecclesiaeque Mater, praecelsa et semper opifera Poloniae Regina, ut, virtutis constantia bonorumque operum fructu, ad nova semper procedatis Patriae vestrae incrementa.

Haec superna munimina et solacia vobis Apostolica Nostra Benedictio conciliat, quam tibi, universis archidioecesis sacerdotibus et

[1] ***Hebr. 11, 1.***
[2] ***In Ps.* 146, *2.***
[3] *Herrn.* **91, 9.**

religiosis viris, sanctimonialibus, et dilectissimo Christiano populo peramenter impertimus, ut « induamini Dominum Iesum Christum)).[4]

Datum Romae, apud S. Petrum, die xx mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXviii, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Paulum S. R. E. Cardinalem Marella, quinquagesimum sacerdotii sui natalem celebraturum.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libenti animo nuper nuntium accepimus, sub exitum mensis Februarii a te quinquagesimum celebratum iri sacerdotii tui natalem. Cuius fausti eventus anniversariam memoriam recolenti tibi, Dilecte Fili Noster, benevolentiam, qua te semper prosecuti sumus, et ei parem opinionem, quam de te habemus, tam egregiam nacti opportunitatem, aperte testatas percupimus.

Quapropter gratulantium choro multorum, qui in vicinis et dissitis regionibus beneficiis tuis fruiti sunt, vel tuam experti sunt virtutem, ad alliciendas sibi voluntates suavem, vox Nostra inserta bene ominantia verba tibi profert, eaque cuncta candida, felicia, profectui tuo apta et conducibilia exoptat atque precatur.

Singulares autem imprimis tecum Deo agimus grates, quod benigne non modo tuae vitae cursum provexit, sed etiam quod tam diuturno temporis adhuc emenso spatio copiam viresque dedit tibi, ut ad Ecclesiae sanctae utilitatem laude digna gereres.

Dulce sane erit tibi in praegravium munerum perfunctione a te adhibitas sollicitudines et conlata studia, non ut inania inde delectamenta capias, sed ut omnium bonorum Auctori et Largitori, qui fuit tibi adiutor fortis et donorum suorum largifluus, religiosae mentis impendas obsequium, atque inde ultro ad devovendum te pro Evangelii causa sanctissima incitamenta sumas, et antiquis nova tibi adicias promerita.

[4] Cfr. *Rom.* 13, 14.

Meminisse nunc iuvat te primo Delegatum Apostolicum in Iaponia, arduis in belli discriminibus, peculiari prospicientia, sapientia et dexteritate negotiorum praeditum temet praestitisse, ac deinde in Australia Delegatum Apostolicum, et postea in Gallia Nuntium Apostolicum in cogitando et agendo sollertia et diligentia enituisse. Postremo vero in Collegium Purpuratorum Patrum a fel. rec. Decessore Nostro Ioanne XXIII cooptatus in universales Apostolicae Sedis curas vocatus es.

Enimvero ad Oecumenici Concilii Vaticani II constituta et decreta paranda, et in rem deducenda, tuam navasti operam ac praesertim nunc, Consilio pro non christianis moderando praepositus, cotidiano labori cum fructu in praesens non parvo, spe in posterum maiore vacare non desinis : deque tua industria, commendatione et praemio digna, gratias tibi persolvimus.

Macte agitur animo, Dilecte Fili Noster, atque fruare, una cum iis qui te habent carissimum, tam laetabilis recordatione evertus. Communibus autem votis id Nostrum imprimis addimus, ut diutius te Deus sospitet atque hoc anno a fide nuncupato, quippe cum dicatus sit commemorationi martyrii Sanctorum Principum Apostolorum, te, Cardinalem Archipresbyterum Petrianae Patriarchalis Basilicae, catholicae fidei amandae, implendae, tutandae faciat conspicuum.

Ex hoc autem sequatur, ut dives fide, bonis operibus locuples, exemplo vitae praecipuus, de virtute in virtutem procedas, at tandem cum bene multis, tua cura, adepturus repromissiones, superni boni potiundi appetens, procurras « in haereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem conservatum in caelis» *(1 Pe.,* 1, 4), nobilis compos coronae.

Haec imo e pectore ominati tibi, Dilecte Fili Noster, propensae in te voluntatis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem impertimus eamque per te ad universos pertinere volumus qui te, natalem sacerdotii acturum, circumstabunt vel utcumque horum sollemnium erunt participes.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Februarii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. Achillem S. R. E. Cardinalem Liénart, Episcopum Insulensem, regimen illius dioecesis relinquentem.

Lors de votre récent voyage à Rome, vous Nous avez demandé avec une vive instance d'être déchargé de la responsabilité pastorale du diocèse de Lille que vous portiez avec intrépidité, depuis que Notre grand prédécesseur le Pape Pie XI vous Pavait confiée.

Les raisons que vous Nous présentiez à l'appui de votre demande Nous conduisent à l'accepter sans tarder, confiant que votre zélé coadjuteur, demain votre successeur, saura continuer l'œuvre si généreusement entreprise.

Depuis quarante années que vous assuriez la direction du diocèse de Lille, vous l'avez en effet profondément marqué de votre empreinte sacerdotale. Et votre rayonnement s'est depuis lors largement étendu au sein de l'Eglise de France, où l'Assemblée des cardinaux et archevêques que vous présidiez avec une grande sagesse préparait les voies à ce qui deviendrait, avec le Concile, la conférence episcopale. Chacun sait la place eminente que vous avez prise dans la préparation, comme dans le déroulement de cette assemblée. Chacun sait aussi combien les derniers Papes, tout comme Pie XI¿ aimaient recueillir vos conseils avisés. Nous-même avons plaisir à reconnaître ces relations étroites que Nous eûmes depuis longtemps avec vous.

Pasteur de tous, spécialement des plus pauvres, votre souci missionnaire a fait de vous le premier Prélat de la Mission de France dont vous avez su, en des heures difficiles, guider la marche, avec cette prudente audace qui n'a cessé, depuis ses débuts, de marquer votre épiscopat, pour le meilleur service de l'Eglise dans le monde d'aujourd'hui.

Nul doute qu'entouré de l'affection et du respect de tous vos chers diocésains, et en particulier de vos prêtres, vous ne continuiez encore à servir le Seigneur et les âmes. De tout cœur Nous le demandons au Dieu Tout-Puissant, en appelant sur vous l'abondance des divines grâces, en gage desquelles Nous vous donnons Notre affectueuse Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 7 mars 1968.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad sodales Societatis Verbi Divini, qui generali religiosae suae communitatis Coetui interfuerunt. *

Dilecti filii.

Gratiam vobis habemus quod, Capitulum generale celebrantes, animi vestri obsequia Christi Vicario tam prompte humaneque exhibere voluistis.

Hic vester conspectus Nobis causa est non levis laetitiae; siquidem opportunitas Nobis praebetur coram admittendi Patres Capituli generalis, quos inter novum Moderatorem Generalem intuemur atque in vobis, cum benevolentia faustisque votis, salutandi universam familiam religiosam, amplam, strenuam, operibus fecundam, quam Arnoldus Janssen, vir ille igne incensus apostolico, condidit. Est enim una ex Congregationibus religiosis vigore recentis aetatis proprio, magno sodalium numero et navitate praeclarioribus, constitutis praeterito saeculo, quod immerito quidam haud raro detrectant : egregius hic flos in finibus catholici populi Hollandiae est exortus.

Animum Nostrum convertentes ad originem vestram, progressionem, operositatem et munus, quod geritis in Ecclesia, hac oblata occasione Nos iuvat vobis adhibere honorem propter Societatis vestrae propagationem atque etiam propter multiplicia opera, in quae incumbitis sive in re spirituali sive in regione humani cultus sive in missionali provincia.

Sed maxime Nobis placet in sua collocare luce graves curas, quas in sodalium vestrorum institutionem intenditis, atque amorem, quo flagratis, erga Ecclesiam, eius doctrinae legibusque fideliter adhaerentes, eius agnoscentes necessitates, eius apostolatum perutiliter, disposite et ratione his temporibus consentanea foventes.

Haec omnia autem eo comprobantur, quod huc ad Nos advenistis, non solum ut Christi Vicario observantiam vestram testaremini, sed etiam, ac quidem potissimum, ut ab eo consilia et normas acciperetis, quas sequeremini in opere, quod insistitis, Constitutiones vestras ad huius aetatis condicionem accommodandi secundum mentem ac doctrinam Concilii Oecumenici Vaticani Secundi.

*** Die 22 mensis ianuarii a. 196S.**

Quod libenter praestamus, magni aestimantes studium, quod allaboratis, ut, quasi nova quadam acti impulsione, exspectationi Ecclesiae quoad perfectionem religiosam et apostolatum respondeatis.

Ad haec quod attinet, duobus praesertim propositis in opere vestro oportet ducamini; quorum prius spectat ad *pristinorum restaurationem,* ut primitiva pulchritudo Societatis vestrae resplendeat, qualem videlicet conditor et legifer pater vester mente concepit et esse voluit.

Imprimis ergo sit vobis in animo recogitare de spiritualis doctrinae eiusque usus ratione, quae peculiaris et propria fuit Arnoldi Janssen, auctoris vestri, et quae ex assiduis elucet laboribus, quos suscepit, cum moderator « apostolatus precum » esset in dioecesi Monasteriensi, cum catholicos commentarios per intervalla edendos curaret, cum spirituales exercitationes cuiusvis ordinis fidelibus peragendas promoveret.

Quae quidem spiritualis doctrinae ususque ratio originem traxit et incrementa hausit e singulari cultu Sanctissimae Trinitatis et Spiritus Sancti ; atque adeo vera fuit et germana, utpote nisa in dogmate, atque apta ad pietatem christianam abunde firmiterque alendam. Hac igitur in re ille non fuit novator sed resti tut or.

Deinde revolvendus est vobis finis praecipuus vestri Instituti, quippe qui pertineat ad excolendas missiones et ad catholicum cultum ingenii provehendum, cuius tamen *fundamentum* semper sit oportet consecratio, qua Deo et Christo vos devovistis. Itaque actio apostolica semper parere debet necessitatibus huiusce consecrationis religiosae vestrae secundum illud : « Quaerite primum regnum Dei ». Circa hoc ipsum nolite Constitutiones vestras immutare; nam si hoc eximium bonum spirituale suo loco demoveretur, facile grave detrimentum consequeretur, cum consecratio oporteat sit quasi vis, quae animos propellat ad omnes actiones atque adeo ad universas partes apostolatus, opere missionali non excepto.

Spiritu denique legiferi patris vestri permoti, renovamini quod attinet ad amorem in Ecclesiam; diligite eam, respicientes sinceram eius formam, quam primum et secundum Concilium Oecumenicum Vaticanum declaraverunt. Nolite arbitrari fidelitatem erga supremam Ecclesiae auctoritatem, Romae constitutam, impedire, ne vires vestras « catholico », ut aiunt, modo explicetis, neque Institutum vestrum propria sibi indole polleat et ad homines et res, ut in missionibus sunt, possit conformari atque aptari.

Quinimmo Roma id sane efficiet ut apto pulchroque modo inter se componantur firma unitas vestri Instituti et eius per universum orbem propagatio; siquidem catholicus veri nominis nemo esse potest, qui huic Apostolicae Sedi fideliter non adhaereat, non solum autem externis iuris canonici vinculis, sed praesertim interno unitatis amore et sincero proposito obtemperandi Iesu Christi voluntati, qui Beato Petro eiusque Successoribus praesidium catholicae unitatis concredidit. Quare paterna sane eaque magna afficimur laetitia, ac non sine provido consilio a vobis factum esse putamus, quod praecipuae sedes Instituti vestri, Romana scilicet et Nemorensis, tam prope apud Apostolicam Petri Cathedram sint conditae, utinam exinde sodales vestri valeant divite haustu sinceram illam augere fidem, quam laudavit gentium Apostolus,[1] et ab eius catholico afflatu suam agendi cogitandique normam semper sumere velint!

Alterum autem propositum, ad quod praecipue curae vestrae spectare debent, hoc est, ut religiosa disciplina vestra ad *hodiernas temporum condiciones accommodetur*, praesertim in iis quae ad mentis culturam pertinent et ad apostolatus missionalis perfunctionem.

Quodsi hoc profecto requirit, ut removeatur quidquid minus opportunum, minus rectum aut supervacaneum evaserit, cavendum tamen est, ne omnia, nullo habito discrimine, funditus immutentur; quae agendi ratio eversio magis quam renovatio dicenda esset. Quare talis accommodatio inducenda est, quae, munere proprio et praecipuis legibus vestrae Societatis fideliter servatis, vos ad assequendam evangelicam perfectionem obeundumque apostolatum expeditius efficaciusque perducat. Nobis in animo non est singula in hac re persequi. Liceat tamen nonnulla saltem attingere, quae a vobis peculiari modo prae oculis habenda esse putamus. Huc spectat nominatim industria diligenter ponenda, ut sodales vestri recto missionali spiritu imbuantur, flagranti incendantur studio Evangelium nuntiandi, ad perfectam caritatem erga omnes excolantur, ac penitus compertam habeant necessitatem, qua omnes adiguntur, Christo adhaerendi et in eius unicam veramque Ecclesiam ingrediendi.

Pariter vobis enixe commendamus alacre studium, ut fidei nuntium hominibus proponatur aptiore usque ratione ac forma, quae spirituali nostrae aetatis necessitatibus apprime respondeat. Quod postulat a vobis, ut cum diligenti catholicae doctrinae investigatione,

[1] Cfr. *Rom. 1*, 8.

nova studia coniungantur, quae variarum gentium indolem, mores, consuetudines illustrent.

Denique necesse est, ut in laboribus vestris praecipuum obtineat locum cura spiritualis iuvenibus adhibenda, iis praesertim qui addicti sunt studiis, itemque ut varia opera et incepta promoveantur ad missionales vocationes sive religiosas sive saeculares in omnibus regionibus fovendas ac multiplicandas.

Habetis iam, dilectissimi filii, ea breviter commemorata, quae ad religiosae vitae vestrae renovationem hodie magnopere conferre videntur. Spem autem bonam foventes, fore ut vos hanc viam alacres ingrediamini, minime dubitamus, quin vos illam vitae plenitudinem attingere possitis, ad quam vos Deus pro Ecclesiae bono et hominum sempiterna salute advocavit.

Interea, dum super vos et super labores vestros ex animo invocamus Spiritum Sanctum, a quo tota alitur vita Corporis Mystici Incarnati Verbi Dei, hoc est Ecclesiae, Eius supernorum donorum auspex esto Apostolica Benedictio, quam Reverendissimo Patri Ioanni Schütte, olim Superiori Maiori vestro Nobis carissimo, Reverendissimo Patri Ioanni Musinsky, digno eius successori, universis moderatoribus et sodalibus, necnon duabus Religiosarum Sororum Congregationibus, quae cum Instituto vestro coniunctae sunt, peramanter in Domino impertimus.

II

Ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos. *

Il vedere oggi raccolti attorno a Noi i Prelati Uditori della Sacra Romana Rota, assieme agli altri distinti Prelati e Officiali di questo Collegio e agli Avvocati patrocinanti presso questo Tribunale Apostolico, è per Noi motivo di vivo compiacimento e di consolante conforto. Così, come è consolante poter ancora una volta ripetere quale stima e quale considerazione nutriamo per le vostre persone e per il vostro lavoro consacrato all'assolvimento del delicato e arduo compito, che la Chiesa ha voluto a voi affidato.

Quasi a testimonianza di questa stima e considerazione, Ci è grato ora ricordare quanto abbiamo voluto recentemente esprimere nell'eievare alla dignità cardinalizia l'allora Decano degli Uditori della Sacra

*** Die 12 februarii a. 1968.**

Bota; per poter poi consacrare a un servizio ancora più completo della Chiesa e della Sede Apostolica le elette virtù e le preziose doti del Signor Cardinale Francesco Brennan.

Ci è inoltre molto grato rivolgere oggi il Nostro particolare saluto al nuovo Decano di questo Collegio, l'Illustrissimo Monsignore Boleslao Filipiak. Mentre lo ringraziamo del messaggio che ha voluto indirizzarci, intendiamo ricordare i molteplici validissimi titoli per i quali egli ricopre ora tanto degnamente questo alto incarico. A questi titoli, tra i quali primeggiano la solidità della preparazione e la serietà degli studi, Ci piace aggiungere quello della sua patria di origine, la Polonia, a Noi tanto cara, oltreché a motivo di particolari ricordi personali, per quella meravigliosa fedeltà alla Chiesa, che rappresenta la sua caratteristica inconfondibile.

Questo nostro incontro Ci offre la felice opportunità di accennare sia pure brevemente a qualcuno dei temi di vivo interesse per tutti noi: in particolare, al servizio necessario e insostituibile reso alla Chiesa dal vostro Tribunale nell'esercizio della « potestas iudicandi »; al prezioso contributo che il vostro Collegio ha offerto e offre alla attività della Sede Apostolica; alle prospettive di ulteriore utilizzazione di questo contributo per l'assolvimento degli impegni che attualmente incombono sulla Chiesa nel campo giuridico.

La funzione giudiziale della « sacra potestas » concessa dal Salvatore alla Chiesa, come complemento necessario della funzione legislativa, è legata anche al carattere profondamente umano della Chiesa che, pur essendo santa, è tuttavia soggetta a manchevolezze nelle sue membra. San Paolo nella sua prima lettera ai Corinti mette in risalto questa funzione propria dell'autorità ecclesiastica, proibendo ai fedeli di rivolgersi ai tribunali pagani per risolvere le loro contese.[1] A questo precetto dell'Apostolo si riferisce Sant'Agostino: « Maligni infirmos premunt, et causas suas ad nos ferre compellunt, quibus dicere non audemus: die homo, quis me constituit iudicem aut divisorem inter vos? Constituit enim talibus causis ecclesiasticos Apostolus cognitores, in foro prohibens iurgare christianos ».[2]

Riprendendo gli insegnamenti, qui appena accennati, della Scrittura e della Tradizione, il Concilio Vaticano II non esita ad affermare nella Costituzione *Lumen gentium*: « Vi huius potestatis Episcopi sacrum

[1] ***1 Cor.* G, 1-7; cfr. 5, 4.**

[2] ***Enarr. in Ps. 118,* serm. 24, 3: *M.L.* 37, 1570.**

ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi ».[3]

Ma questo sacro compito di giudicare risultò fin dai primi secoli particolarmente arduo per la Sede Romana, alla quale per la sua funzione primaziale — ((propter potiorem principalitatem »[4] — venivano sempre più frequentemente deferite da Pastori e fedeli le controversie sorte in seno alle comunità locali. Di qui la necessità per il Vescovo di Roma di assicurarsi una qualche forma di assistenza e di aiuto per poter assolvere l'oneroso compito di amministrare la giustizia; assistenza e aiuto che, dopo una lunga e multiforme evoluzione di forme e di strutture, venne finalmente consacrato dal Nostro predecessore Innocenzo III, e specialmente da Giovanni XXII, nell'istituzione del vostro venerabile Collegio, sotto la denominazione di « Auditores Sacri Palatii)).[5] Da allora agli Uditori Rotali e alla loro probità e competenza è affidato il compito necessario e insostituibile di fungere da Giudici Apostolici.

Volgendo lo sguardo alla storia di questi secoli, Ci è particolarmente grato richiamare alla memoria l'immensa mole di lavoro svolto da quanti vi hanno preceduto come membri di questo Collegio, per esaltare le loro benemerenze al servizio della Chiesa, la loro scienza eminente, le loro esimie virtù. « Viri doctrina et probitate insignes » furono chiamati fin dai primi tempi.[6] Giacomo Emerix, nel suo *Tractatus seu Notitia 8. Rotae Romanae,* scritto nel '600 (recentemente edito da un esimio studioso, membro del vostro Collegio, Mons. Ch. Lefebvre), delinea quasi il profilo spirituale del vostro Tribunale : « Crevit itaque successu temporis in tantam eminentiam sacrum Rotae et ex omni parte laudabile Tribunal, ut ex illo omni tempore prodierint viri virtute et vitae integritate eximii, et inter eos memoratus S. Raymundus et S. Antoninus, Episcopus Florentinus, septemque Summi Pontifices ...)).[7]

Questa specchiata probità di vita, che informava la vasta scienza dell'equo e del giusto di quegli Uditori, fece scorgere in essi quasi la personificazione stessa della giustizia : « Iustitiam animatam » ; il che,

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 27: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 32-33.

[4] S. Irenaeus, *Contra haereses,* 3, 3, 2: *H.G.* 7, 818.

[5] Const. *Ratio iuris,* a. 1326, passim. *Bull. Rom.,* ed. Taur., 4, 317-323, praes. 318.

[6] Iacobus Emerix, *Tractatus seu Notitia S. Rotae Romanae,* edito da Ch. Lefebvre in : *Monumenta Christiana Selecta,* n. 232, p. 45.

[7] *IUd.,* p. 46.

come afferma San Tommaso riprendendo il pensiero aristotelico, esprime appunto l'ideale del giudice secondo il sentire del popolo.[8]

Non fa quindi meraviglia che la « iurisprudentia » maturata da questi uomini abbia rappresentato un fattore decisivo nella elaborazione della legislazione ecclesiastica, a cominciare dalle Decretali di Gregorio IX, e nella formazione dello « ius commune ».

Ma la benemerenza del vostro Collegio, non meno che dal meraviglioso patrimonio del passato, viene messa in risalto dall'operosità del presente. Fedele alla sua plurisecolare tradizione, il vostro Sacro Tribunale seguita ad essere anche oggi l'organo di singolare perizia, al quale il Papa affida la necessaria definizione delle cause deferite alla Santa Sede, in particolare delle delicatissime cause matrimoniali.

Riconoscimento solenne di questa vostra qualificata idoneità, e insieme desiderio di agevolare il vostro lavoro, ha voluto essere quella estensione della competenza del vostro Tribunale, che abbiamo disposto nella Nostra Costituzione Apostolica « Regimini Ecclesiae Universae » ; abbiamo inteso cioè affidare al vostro Tribunale tutte le cause di nullità di matrimonio che giungono a questa Sede Apostolica, anche se entrambe le parti siano acattoliche o appartengano a diversi riti orientali.[9]

La vostra « instantia cotidiana » del giudicare assume, nelle odierne circostanze, dimensioni di eccezionale contributo al bene della Chiesa e dell'umana società. Ora che un abnorme senso di libertà vorrebbe addirittura sopprimere qualsiasi norma di ordinamento giuridico, ora che un certo spirito, più superficiale che scientifico, non esiterebbe a sostituire le norme perenni incise da Dio nel cuore dell'uomo con un certo relativismo giuridico, le vostre Decisioni proclamano solennemente ogni giorno l'esistenza di una legge divina che non passa né invecchia,[10] e tendono autorevolmente ad uniformare ad essa la vita di tutti coloro che ricorrono al vostro Tribunale.

Desideriamo inoltre ripetervi quale assegnamento faccia la Santa Sede sul vostro prezioso e insostituibile contributo in ordine al duplice problema a cui è rivolto oggi l'impegno della Chiesa nell'area del Diritto. Ci riferiamo innanzitutto alla revisione del Codice di Diritto Canonico. La vasta e multiforme esperienza accumulata dal vostro Tribunale in questi ultimi anni, vi mette in grado, oggi come in pas-

[8] ***Summa Theologica,*** **II^{a}-II^{ae}, q. 60, art. 1.**

[9] **Cfr. *A. A. S.* 59 (1967) p. 922, *n.* 109.**

[10] **Cfr. *Matth.* 5, 18.**

sato, di fornire un materiale copioso e qualificato per la nuova legislazione. Non soltanto, come è evidente, la parte dedicata alla struttura e dinamica del processo canonico e alla dommatica del matrimonio, ma anche gli stessi principi e gli istituti fondamentali del Diritto Canonico potranno essere individuati in maniera più genuina e definiti in termini più sicuri con l'apporto della dottrina contenuta nelle vostre Decisioni. Attraverso queste filtreranno nel nuòvo Codice i risultati felicemente raggiunti dalla più recente elaborazione del diritto civile delle Nazioni, così come i dati acquisiti dalla scienza della medicina e della psichiatria. Il senso profondamente umano che ispira le vostre Sentenze contribuirà a illuminare il mistero dell'uomo e del cristiano di oggi, colui cioè che sarà il destinatario del rinnovato Codice, colui al quale la nuova legislazione dovrà offrire una chiara traccia e un valido aiuto per vivere coraggiosamente le verità evangeliche e la propria vocazione nella Chiesa di Cristo.

Ma tutto questo ingente sforzo di revisione del Codice risulterebbe in buona parte sterile se contemporaneamente non si provvedesse anche a rinnovare lo studio dello stesso Diritto, e ad accrescere il numero di coloro che si dedicano agli studi giuridici specializzati, e che contribuiranno domani, in diversi modi e a vari livelli, ad attuare le rinnovate leggi della Chiesa.

Ë proprio questo l'altro arduo compito che oggi impegna la Chiesa, sollecita di rinnovare, fra gli altri studi ecclesiastici, anche lo studio del Diritto Canonico. Noi ci auguriamo che il vostro Collegio presti anche ad esso un efficace contributo, sia trasmettendo all'organo competente saggi suggerimenti in merito, sia continuando a svolgere un autentico lavoro di formazione canonistica mediante il vostro ((Studio Rotale », che, pur essendo di recente erezione, ha già acquistato indubbi meriti dinanzi alla Chiesa e dinanzi alla scienza.

Ripensando infine alle parole che il Signor Decano ha voluto rivolgerci all'inizio di questo incontro, ricordiamo di aver colto in esse anche un accento accorato, una eco di angosciosa preoccupazione, per gli attentati di cui, nell'odierna società, è reso bersaglio il sacro istituto del matrimonio. Ora, questo grido di allarme che voi, Giudici nella Chiesa, avete levato, se, a motivo della sua incontestabile attendibilità, viene ad accrescere il Nostro dolore e la Nostra pena, Ci offre nondimeno anche uno spunto che viene a ravvivare la nostra fiduciosa speranza; è la consolante certezza che l'atteggiamento spirituale e l'impe-

gno personale con cui voi attendete al vostro compito, lungi dall'isterilirsi in un freddo e distaccato tecnicismo burocratico, rimane sempre sensibile alla istanza vitale e all'intima finalità del vostro ministero : la difesa dell'umano coniugio, e specialmente la salvaguardia cioè del dono sacramentale del matrimonio, con cui Cristo ha voluto vivificare la sua Chiesa, le membra del suo Corpo Mistico.

Su questa rinnovata consonanza di intendimenti e di impegni Noi invochiamo ora la copiosa effusione delle grazie celesti, a pegno delle quali ben di cuore e con paterno affetto impartiamo a voi tutti la Nostra Apostolica Benedizione.

III

Generalis Consilii Pontificiae Commissionis pro America Latina Membris habita. *

Siamo lieti di porgere il benvenuto ai Membri del Consiglio Generale della Pontificia Commissione per l'America Latina.

L'incontro di oggi evoca alla Nostra memoria quello in cui, fin dai primi giorni del Nostro Pontificato, esprimemmo l'intendimento di valorizzare la Pontificia Commissione per l'America Latina, nella quale ravvisammo « un efficace organismo provvidenzialmente voluto » dal Nostro venerato Predecessore Pio XII per la ripresa cattolica del grande Continente. Un convergere di forze attorno alla Pontifìcia Commissione non tardò a suggerirci l'idea ch'essa potesse completarsi con un organismo che coordinasse lavoro ed iniziative di tutti. ÍC il Consiglio che voi componete e che ormai da più di quattro anni continua a dare una risposta alle perentorie esigenze della solidarietà di tutta la Chiesa per un settore nel quale premono gravi ed urgenti bisogni. In questo fatto vediamo interpretati ed attuati quegli insegnamenti e quei suggerimenti del Concilio Vaticano II, che con ripetuta insistenza domandano una stretta collaborazione in seno alla Chiesa universale.

Quella che voi prestate è una collaborazione che unisce tanta parte dell'Episcopato della Chiesa e, con l'Episcopato, le altamente benemerite Famiglie Religiose. È una collaborazione che verifica in pieno il significato di questa parola : un lavoro compiuto insieme per un identico intento. Ci compiacciamo oggi di vederla particolarmente impegnata attorno ad un problema della massima importanza per le

*** Die 14 mensis februarii a. 1968.**

sorti della Chiesa nell'America Latina : quello del personale apostolico — sacerdoti diocesani, religiosi, religiose, laici — che dall'Europa e dall'America Settentrionale passa a servire la Chiesa nell'America Latina; e degli ecclesiastici di questo Continente che si recano a completare la propria formazione nell'Europa o nell'America Settentrionale.

È da aggiungere che specialmente il movimento del personale apostolico che si sta sviluppando verso l'America Latina domanda considerazione anche per le notevoli proporzioni con cui si presenta. Qui la Nostra voce dovrebbe levarsi dal tono pacato di questi semplici rilievi a quello più fervido dell'elogio per quanti hanno raccolto l'appello implorante della Chiesa; per voi, venerabili Fratelli, e per gli organismi episcopali da voi presieduti, che li hanno validamente aiutati ad attuare le loro generose aspirazioni. L'elogio non potrebbe andar disgiunto da un inno di lode all'Altissimo che ha ispirato tanto buon volere. Benediciamo, dunque, il Signore davanti alla sollecitudine, da voi mostrata, che nulla vada perduto, nulla sia trascurato o mortificato di quanto costituisce il contributo, attuale e potenziale, che anime apostoliche possono recare nell'America Latina per la causa della Chiesa.

Ben sappiamo che, sulla via di una zelante quanto illuminata collaborazione, voi avete creato le strutture e fatto ricorso alle formule più valide per assicurare la maggior efficacia possibile all'aiuto che, mediante il vostro clero, andate prestando. Ai seminari appositamente istituiti, ai centri e ai corsi di preparazione, è da aggiungere l'iniziativa — nel mese scorso attuata per la seconda volta — di una *Settimana Europea,* allo scopo di raccogliere sacerdoti, religiosi, religiose e laici in procinto di partire per l'America Latina, unendoli nello studio e nella preghiera in un clima di carità fraterna, sicché l'incontro si trasforma in una fervida pentecoste, dopo la quale gli apostoli si avviano al compimento della propria missione. Altrettanto bene conosciamo le cure che voi dedicate all'assistenza di coloro che sono già passati nel nuovo campo di apostolato.

Vivo sentiamo altresì il dovere di ringraziarvi per quanto voi andate facendo mediante un molteplice, generoso aiuto economico che ha un peso di non piccolo rilievo per la soluzione di tanti problemi. Intendiamo ridire qui l'apprezzamento più volte espresso.

Voi non potete essere soli nel vostro lavoro; sicché la Nostra esortazione si rivolge a quanti in qualsiasi misura sono chiamati a sostenerlo e ad estenderlo.

Preziosa sarà soprattutto la collaborazione dei singoli vescovi. Ad essi incombe il dovere di favorire e di promuovere un reclutamento di candidati che si adegui, quanto più possibile, alle esigenze dell'aiuto che la Chiesa nell'America Latina invoca. Ci auguriamo che più grande si faccia il numero delle diocesi pronte a passare dalla fase del superfluo a quella del sacrifìcio. I vescovi non hanno da restare paghi di quanto i rispettivi organismi nazionali tanto lodevolmente fanno. Il vescovo e tutta la comunità cristiana possono guardare con orgoglio al loro personale lontano per un più ampio e arduo servizio della Chiesa, considerandolo come una avanguardia da sostenere generosamente, anche col preparare l'invio di altri che sostituiscano quanti, compiuto il loro servizio, ritorneranno alla diocesi di origine.

Il discorso si volge anche al vescovo latino americano che riceve un sacerdote; le sue responsabilità vengono ad intrecciarsi con quelle del vescovo che glielo ha offerto. Tanto utile è un contatto frequente tra i due presuli, per il buon successo e per il sostegno morale del sacerdote, che, nelle nuove condizioni in cui si trova a svolgere il proprio ministero, incontra non di rado difficoltà. Per tal modo si farà meglio operante l'animazione profonda che ha da reggere il sacerdote, staccatosi, sia pur temporaneamente, dalla propria diocesi per rispondere ad una vera vocazione.

Analoghe considerazioni valgono per l'altro aspetto del problema che vi ha occupato in questi giorni : quello degli ecclesiastici latino-americani che si portano nell'Europa o nell'America Settentrionale per prepararsi ad una particolare qualificazione scientifica o pastorale che meglio li abiliti al ministero sacro nei loro paesi. Anche qui una collaborazione tra Episcopati e tra Famiglie Religiose potrà recare aiuto a molti e perciò alla Chiesa che su di essi ripone grandi speranze.

» » » Monsig. Rinaldini Giuseppe (Cagli e Pergola).
20 » » Monsig. Geier Valentino (Regensburg).
» » » Monsig. Höllerzever Carlo (Regensburg).
28 » » Monsig. Hylla Cristiano (Stockholm).

28	ottobre	1967.	Monsig. Ponten Gösta (Stockholm).
3	novembre	»	Monsig. Fernandopulle Pietro Gaetano (Chilaw).
»	»	»	Monsig. Ohang Stanislao (Taipei).
7	»	»	Monsig. Capaila Perfetto O. (Jaro).
»	»	»	Monsig. Crucero Carlo S. (Jaro).
»	»	»	Monsig. Enojo Venceslao P. (Jaro).
»	»	»	Monsig. Monde jar Nicola M. (Jaro).
»	»	»	Monsig. Tumbocon Cicerone S. (Jaro).
14	»	»	Monsig. Del Vecchio Saverio (Ascoli Satriano e Cerignola).
»	»	»	Monsig. Gschwind Cario (Basel).
»	»	»	Monsig. Corti Luigi (Como).
»	»	»	Monsig. Lückl Giuseppe (Graz-Seckau).
16	»	»	Monsig. Be Pietro (Agrigento).
»	»	»	Monsig. Jiménez Alessandro (Tepic).
23	»	»	Monsig. Garaventa Giovanni (Albano).
»	»	»	Monsig. Bonetti Leopoldo (Bologna).
»	»	»	Monsig. Celi Ottavio (Marsi).
»	»	»	Monsig. Fulvi Giuseppe Terzio (Rieti).
»	»	»	Monsig. Sebastiani Antonio (Rieti).
27	»	»	Monsig. Wolff Luigi (Meissen).
28	»	»	Monsig. Cadeddu Efisio (Bosa).
»	»	»	Monsig. Masia Giuseppe (Bosa).
»	»	»	Monsig. Mocci Antonio (Bosa).
»	»	»	Monsig. Ambrosanio Antonio (Napoli).
»	»	»	Monsig. Cascella Gaetano (Napoli).
»	»	»	Monsig. Diligenza Luigi (Napoli).
»	»	»	Monsig. Franco Mario (Napoli).
»	»	»	Monsig. Bompani Nazzareno (Pergola).
»	»	»	Monsig. Agostino Giuseppe (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Barberi Antonino (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Cotroneo Giuseppe (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Lia Antonino (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Sidari Giuseppe (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Zoccali Vincenzo (Reggio Calabria).
»	»	»	Monsig. Castillo Noriega Mardocheo (Jalapa).
4	dicembre	»	Monsig. Nikwigize Focas (Kabgayi).
5	»	»	Monsig. Ardagna Ignazio (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Fedele Giuseppe (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Foraci Pietro (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Mezzapelle Mariano (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Milazzo Paolo (Mazara del Vallo).
»	»	»	Monsig. Nastasi Giuseppe (Mazara del Vallo).
11	»	»	Monsig. Caffarielli Giuseppe (Acerenza).
»	»	»	Monsig. Integlia Mario (Calvi e Teano).
»	»	»	Monsig. Marcello Gerardo (Calvi e Teano).
»	»	»	Monsig. Mercone Arcangelo (Calvi e Teano).
»	»	»	Monsig. Palumbo Salvatore (Calvi e Teano).
»	»	»	Monsig. Rossi Antonio (Calvi e Teano).
12	»	»	Monsig. Gulizia Giuseppe (Caltagirone).
»	»	»	Monsig. Albanese Francesco (Mileto).

12	dicembre	1967.	Monsig.	Amoroso Ginseppe (Mileto).
»	»		Monsig.	Colella Luigi (Mileto).
»	»	»	Monsig.	Creazzo Giuseppe (Mileto).
»	»	»	Monsig.	Jaria Rocco (Mileto).
13	»	»	Monsig.	Cantiello Alfredo (Capua).
»		»	Monsig.	Gravina Gennaro (Capua).
»	»	»	Monsig.	Gravina Mario (Capua).
		»	Monsig.	Iodice Antonio (Capua).
»	»	»	Monsig.	Maccariello Giuseppe (Capua).
			Monsig.	Martone Angelo (Capua).
»	»		Monsig.	Rossano Gaetano (Capua).
»		»	Monsig.	Volpiceli! Prisco (Capua).
16		»	Monsig.	Franzelli Vigilio (Reggio Emilia).
»			Monsig.	Filippetti Angelo (Subiaco).
20		»	Monsig.	Cesolini Alfredo (Sutri e Nepi).
28			Monsig.	Contegno Raffaele (Napoli).
»	»		Monsig.	Calabro Italo (Reggio Calabria).
30		»	Monsig.	Cascia Valerio (Frascati).
»	»		Monsig.	Visconti Espedito (Frascati).
2	gennaio	1968.	Monsig.	Celsi Cesare (Fermo).
»	»		Monisg.	Cervellini Igino (Fermo).
»			Monsig.	Marinozzi Lucio (Fermo).
	»	»	Monsig.	Rastelli Alerano (Fermo).
»			Monsig.	Roscioli Giuseppe (Fermo).
3	»	»	Monsig.	Romeo Paolo (Acireale).
»		»	Monsig.	Pracchia Umberto (Lucca).
4		»	Monsig.	Brenta Attilio (Tortona).
»	»	»	Monsig.	Mangiarotti Piero (Tortona).
			Monsig.	Merizzoli Angelo (Tortona).
»			Monsig.	Sereno Mario (Tortona).
10			Monsig.	Bartolucci Antonio (Pesaro).
24	»	»	Monsig.	Amori Alceo (Norcia).
	»		Monsig.	Marsilli Armando (Norcia).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

27 gennaio 1968. A S. E. il Dott. Kiesinger Kurt, Cancelliere della Repubblica Federale di Germania.
» » » A S. E. il Dott. Sattler Dieter *(Germania Federale).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 dicembre 1967. Al sig. Woodruff Giovanni Douglas (Portsmouth).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

14 gennaio 1967. Al Princ. Zu Sayn-Wittgenstein Berleburg Carlo Enrico, *(Germania Federale).*
18 dicembre » Al sig. Nahman Pietro Paolo *(Germania Federale).*
27 gennaio 1968. A S. E. il Barone von und zu Guttenberg Carlo Teodoro *(Germania Federale).*
» » » A S. E. il Sig. Diehl Günter *(Germania Federale).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

4 settembre Al sig. Evans Martino (Evansville).
» » » Al sig. Hillenbrand Enrico Francesco (Evansville).
12 » Al sig. Guerrieri Armando (Noto).
13 » Al sig. Hery Roberto (Chur).
15 » Al sig. Nihat B. Erman *(Turchia).*
22 Al sig. Panichi Antonio (Ascoli Piceno).
» » » Al sig. Conforti Carlo (Fidenza).
26 » Al sig. Motta Felice (Lodi).
» » Al sig. Motta Giuseppe (Lodi).
29 » » Al sig. Piragine Domenico (Faenza).
» » » Al sig. Luchini Franco (Roma).
2 ottobre » Al sig. Scalabrino Dino (Pescia).
3 » Al sig. Pinto Coelho Soares de Moura Augusto Candido *(Portogallo).*
4 » Al sig. Pace Paolo (Roma).
9 » » Al sig. Bianchini Gino (Macerata).
» » Al sig. Lombardi Giuseppe (Roma).
13 Al sig. Salvatori Vittorio (Foggia).
14 » Al sig. Bozzi Emilio (Bologna).
16 » Al sig. Mauri Cesare (Bergamo).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

8 marzo 1967. Al sig. Mboungou Lazzaro (Pointe-Noire).
8 maggio Al sig. Anderhalter Oliviero (Saint Louis).
» » » Al sig. Doyle Carlo (Saint Louis).
» » » Al sig. Hoctor Emmet (Saint Louis).
» » » Al sig. Me Mullan David (Saint Louis).
» Al sig. Rauch Francesco (Saint Louis).
23 » Al sig. Tucker Raimondo (Saint Louis).
» » Al sig. Tedeschi Ralph (Boston).
1 giugno » Al sig. Dechant Virgilio (Hartford).
» » » Al sig. Ducey Carlo (Hartford).
23 » » Al sig. Poles Edi (Ispaan degli Armeni).
» Al sig. Poles Elmo (Ispaan degli Armeni).

27	giugno	1967.	Al sig. Rossi Guido (Paris).
18	agosto	»	Al sig. Paurvoyeur Gustavo (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Hofer-Bury Herward (Paris).
12	settembre	»	Al sig. De Poli Lionello (Roma).
»	»	»	Al sig. Tomassini Sergio (Roma).
15	»	»	Al sig. Trip Francesco Maria (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Serdaroglu Turgut *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Yigitbasioglu Erhan *(Turchia).*
22	»	»	Al sig. Stecconi Giuseppe (Fidenza).

La Commenda con Placea dell'Ordine di san Silvestro Papa

2	agosto	1967.	Al sig. Soronics Francesco *(Austria).*
15	settembre	»	Al sig. Balkar Galip *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Fenmen Sefik *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Iscen Oktay *(Turchia).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16	ottobre	1967.	Al sig. Ceresa Antonio (Novara).

NECROLOGIO

9	aprile	1968.	Monsig. Doody Edward John, Vescovo di Armidale.
11	»	»	Monsig. Rodié Jean Marcel, Vescovo tit. di Cinopoli di Arcadia.
21	»	»	Monsig. Pérez Serantes Enrique, Arcivescovo di Santiago de Cuba.
23	»	»	Monsig. Vuccino Antonio Gregorio, Arcivescovo tit. di Apro.
30	»	»	Monsig. Capasso Nicola, Vescovo tit. di Zaba.
13	maggio	»	Monsig. O'Gara Cutbert Martin, Vescovo di Yüanlíng.
18	»	»	Monsig. Pothacamury Thomas, Arcivescovo di Bangalore.
20	»	»	Monsig. Sawicki Adam, Vescovo tit. di Torri della Concordia.
23	»	»	Monsig. Binaschi Gaudenzio, Vescovo di Pinerolo.
24	»	»	Monsig. Grzondziel Henryk, Vescovo tit. di Atribi, Ausiliare di Gniezno.
26	»	»	Monsig. Garkovic Mate, Arcivescovo di Zadar.

An. et vol. LX 28 lumi 1968 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Éditrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificalis Domus ordinatio quadamtenus mutatur

PAULUS PP, VI

PONTIFICALIS DOMUS, quae volventibus saeculis per diuturnum, varium, multiplicem rerum usuumque progressum, ad Summum ipsum Pontificem ad eiusque munus attinentium, informata est, egregium quoddam corpus, singulari decore et utilitate praeditum, numquam non exstitit, circa eam Petri Cathedram versans, quae simul spirituale catholicae Ecclesiae centrum, simul Christi in terris Vicarii sedes semper fuit.

Iamvero, Summus Pontifex sive qua aspectabile catholicae Ecclesiae Caput, sive qua temporarius civitatis Princeps^ ab aliarum nationum civilibus potestatibus publice agnitae, omni tempore cum ab ecclesiasticorum tum a laicorum hominum ordinibus, fideles, idoneos peritosque sibi ascivit viros, quorum opera, non solum sacri ritus digne perficeretur — quibus cumulum in certis sanctae Ecclesiae adiunctis sollemnissimae caeremoniae afferebant — sed etiam multiplicia sustineantur munera, quae temporaria civitatis administratio postularet.

Attamen, ob palam mutatas recentiore aetate rerum vicis-

situdines, non pauca de ministeriis Pontificali Domui tributis, quam olim habebant, perfunctionem amiserunt; atque propterea tamquam munera dumtaxat honoraria permanserunt, iam nihil cum nostrae huius veritate vitae congruentia. Ceterum, cum religiosum Romani Pontificatus munus cotidie novas rationes modosque induat, fit idcirco ut — quemadmodum in medio posuimus cum primum Nobilium et Patriciorum ordines coram admisimus — vera rerum reputatione Apostolica Sedes, licet quandoque invita, ex sibi traditis institutis et consuetudinibus ea cogatur secernere et deligere, quae sibi praecipua et summa esse videantur. Huc accedit quod hodie, non modo in tota Ecclesia, praesertim post Concilium Oecumenicum Vaticanum II celebratum, sed in universo insuper terrarum orbe, acris quaedam atque attenta sentiendi facultas increbruit, de iis omnibus quae ad praestantiam rerum spiritualium pertinent, ad iura veritatis, ad publicae disciplinae pretium, ad utilitatis studium, ad observantiam rerum efficacium, suae functioni aptarum et consentanearum, rebus contra posthabitis, quae vel in verbo, vel in ornatu, vel in pompa tantum sint positae.

Quam ob rem opportunum Nobis in praesentia videtur, Nostrae Pontificalis Domus compositionem huiusmodi nostrorum temporum necessitatibus accommodari eandemque ad rerum veritatem referri; ut nempe hinc significetur potissimum Christi in terris Vicarii munus ad animorum salutem attinere, hinc demonstretur ad eundem Summum Pontificem sive in civili populorum societate, sive in omnium gentium necessitudinibus partes spectare singulares.

Quocirca valde cupimus ut Pontificalis Domus membra, quod tum spectat ad *Cappellani*, hoc est coetum dignitatum sacris sollemnibus Pontificis Maximi astantium, — quae Summo Pontifici tamquam catholicae religionis Capiti apparent — tum quod ad *Familiam* pertinet, quae eidem Pontifici, tamquam Capiti societatis persona iuridica praeditae, praesto est,

quaeque sive a nationibus, sive a compagibus omnium gentium agnoscitur, gaudetque iure mittendi et accipiendi legatos, haec, inquimus, omnia membra cupimus ut, aut in provincia rerum spiritualium, aut in campo rerum temporalium vel munera vel professiones reapse exerceant; ut videlicet veterum verorumque institutorum, unde variae exortae sunt Aulae Pontificiae potestates, ea nunc species et imago praebeatur, quae pariter cum horum dierum necessitatibus conveniat, pariter ab iisdem poscatur.

Ita enimvero vetus Nostra beneque merita Aula — quae posthac primigeno et illustri vocabulo *Pontificalis Domus* tantummodo appellabitur — proprio suo decore splendere perget; quoniam ecclesiasticis et laicis viris constabit, qui praeterquam peculiari peritia et auctoritate ornentur, etiam egregie factis insigniantur, quae in regionibus vel catholici apostolatus, vel litterarum, vel scientiarum, vel variarum professionum, ad animorum utilitatem et ad summi Dei laudem gesserint.

Quas ob causas, adiutorum Nostrorum audita sententia, haec quae sequuntur de Pontificali Domo statuimus atque decernimus.

I

1. § 1. Pontificalis Domus ex viris sive sacri sive laici ordinis componitur, qui hinc Cappellani, de qua diximus, hinc Familiam Pontificiam, vel ecclesiasticam vel laicam, efficiunt.

§ 2. In Cappellani primum asciscuntur viri ad varias Ecclesiae sanctae, id est *Populi Dei,* classes pertinentes — Episcopos dicimus, sacerdotes et laicos — deinde nonnulli viri ex iis delecti, quos Summus Pontifex in amplissimorum munerum suorum perfunctione sibi auxilii gratia adiunxerit, tum eiusdem Summi Pontificis Familiares.

§ 3. Familiae Pontificiae laici quidam annumerantur, qui

potiores gravioresque partes, quasi aliorum quoque personam sustinentes, Summo Pontifici sive qua Capiti Apostolicae Sedis, sive qua Principi Vaticanae Civitatis, navant. Eidem insuper Familiae et ecclesiastici viri annumerantur, qui in huiusmodi perfunctione muneris Summo ipsi Pontifici propius assident, et eius Familiares.

2. Pontificali Domui praeest Praefectus Palatii Apostolici, ad quem pertinet: membra eiusdem convocare vel religiosarum vel civilium caeremoniarum causa, de quibus in n. 4; eorundem membrorum ministeria statuere; invigilare tum caeremoniarum, quas diximus, ordini, tum ceteris omnibus, quae ad earum rectum processum spectant, iuxta peculiares normas in n. 5 datas et variarum caeremoniarum usus, collatis cum Secretaria Status consiliis.

3. § 1. Omnia Pontificalis Domus membra, sive ex ecclesiastico ordine ea sunt sive ex laico, a Summo Pontifice nominantur.

§ 2. Quantum temporis ecclesiastici viri, sive Cappellae sive Familiae Pontificiae membra, in officiis suis maneant, et praescriptis declaratur Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* (n. 2 § 5) editis,[1] et aliis peculiaribus praescriptis vel iam datis, vel dandis. Laici vero homines in officio ad quinquennium manent.

Tempus, quo quis in officio maneat, potest Summus Pontifex prolatare.

§ 3. Vacante Apostolica Sede, omnia Pontificalis Domus ministeria finem capiunt; attamen Viri, in eam allecti, pro sua cuiusque parte, praesto esse pergunt, ut sueta Domus negotia atque variae caeremoniae, illis temporis adiunctis agenda, recte et ordine fiant, ad praescriptorum normam, quae Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium ediderit.

[1] **Cfr.** *A. A. S.* **59 (1967) p. 891.**

§ 4. In Pontificali Domo nullum prorsus munus est veluti hereditarium existimandum.

4. § l. Caeremoniae, quibus viri in Pontificalem Domum allecti intersunt, aut sacrae aut civiles sunt.

§ 2. E sacris caeremoniis aliae censentur sollemnes (ut eae, quae fiunt cum Pontifex Maximus sui muneris insignia suscipit, vel publica habentur Consistoria, vel Eucharisticum Sacrum adstante Summo Pontifice peragitur, vel Sanctorum caelitum honores Beatis decernuntur), aliae vero ordinariae.

§ 3. Civiles caeremoniae tribuuntur in Admissiones publicas (ut cum Augustus Pontifex vel Reges, vel summos Civitatum Moderatores, vel Administrorum Collegii Praesides, vel Administros ab exteris negotiis, vel Oratores, et Legatos liberis cum mandatis apud Apostolicam Sedem litteras, crediti sibi muneris testes, reddentes coram admittit), et in Admissiones publica nota carentes.

5. Curante Palatii Apostolici Praefecto, opportunae condentur leges, ab Augusto Pontifice approbandae, quibus ratio pontificiarum caeremoniarurn sive sacrarum sive civilium definietur, itemque vestes describentur, quas ecclesiastici laicique viri tum ad Cappellani, tum ad Familiam Pontificalis Domus pertinentes in ipsis caeremoniis induant.

Il

6. § 1. Cappella Pontificia, praeter ecclesiasticos viros in Pontificiam Familiam allectos eosdemque in n. 7 § 1 descriptos, hos etiam, qui sequuntur, viros complectitur:

—• Purpuratos Patres e Sacri Collegii ordinibus

— Patriarchas, Archiepiscopos atque Episcopos seu Eparchos Pontificio Solio astantes, sive Latini sive Orientalium Rituum

— Alterum a Camerario S. R. E.

— Singularum Ss. Congregationum Moderatorem Praelatum, Supremi Tribunalis Apostolicae Signaturae Secretarium, Sacrae Romanae Rotae Decanum

— Sacram Paenitentiariam Apostolicam Regentem

— Apostolicam Cancellariam Regentem

— Moderatores Praelatos trium Secretariatuum

— Praelatum Moderatorem Pontificii Consilii instrumentis Communicationis socialis praepositi

— Abbatem Archicoenobii Montis Casini, simulque Generales Abbates Regularium Canonicorum et Sacrorum Ordinum Monachorum

— Summum Moderatorem vel, eo absente, Generalem Procuratorem Ordinum religiosorum stipem quaeritantium

— Auditores Sacrae Romanae Rotae

— Viros in Supremo Tribunali Apostolicae Signaturae votantes.

— Viros e Canonicorum Collegiis trium Patriarchalium Basilicarum Urbis

— Sacri Consistorii Advocatos

— Parochos Urbis.

— Clericos Ministrantes Summo Pontifici sacris operanti (cfr. n. 6 § 5)

—• Viros sive e Consilio de Laicis sive e Pontificia Commissione a Iustitia et Pace nuncupata

— Summi Pontificis Familiares.

§ 2. Quas modo commemoravimus, Dignitates sacris sollemnibus intersunt, quae vel Summus Pontifex ipse perpetret, vel quae, Ipso adstante, perpetrentur (cfr. n. 4 § 2); ubi singulae quaeque proprium locum tenent, secundum priorum partium legem, peculiaribus normis definiendam.

§ 3. Cum Summus Pontifex sollemniter ad aram incedit, Dignitatibus, secundum priorum partium ordinem § 2 statu-

tum, comitatus, virorum collegia, plurali numero supra commemorata, binos tantum sodales mittunt, qui eorum partes agant, praeter Urbis Curiones qui eidem pompae numero frequentiores interesse possunt.

§ 4. E Pontificia Cappella eae dehinc tollen tur Dignitates, et quoad munus et quoad nomen, quae sequuntur: Apostolici Palatii Patres Cardinales; Antistites lemnisco ornati; Principes ad Solium astatores; Diaetarchus (vulgo *Maggiordomo)* Sanctitatis Suae; ab internis negotiis Administer; Summus Magister Collegii a Sancto Spiritu; Magistratus Eomanus; Magister Sacri Hospitii; Cubicularii honorarii; Cappellani Secreti et Cappellani Secreti honorarii; Clerici Secreti; Pontificiae Familiae a sacris confessionibus ; Acolythi cereos ferentes ; Cappellani communes; Magistri Ostiarii a Virga Rubea; Pontificiae Tiarae Custos; Pontificii Accensi (vulgo *Mazzieri);* Cursores Apostolici.

§ 5. Clericorum Summo Pontifici sacris operanti ministrantium officium est, eidem ad aram assistere, moderantibus pontificalium caeremoniarum Magistris. In horum numerum, praeter Clericos Cappellae Pontificiae qui nunc sunt, ii quoque viri ascisci poterunt, qui in collegiis, modo sublatis, operam ad hunc diem navabant, id est : Cappellani Secreti atque Cappellani Secreti honorarii, Clerici Secreti, Acolythi cereos ferentes, Cappellani communes, Magistri Ostiarii a Virga Rubea.

III

7. Pontificiam Familiam constituunt viri, sive ex ecclesiasticorum sive e laicorum ordine delecti.

§ 1. In Pontificiam Familiam ecclesiasticam hi ascribuntur viri, qui sequuntur:

— Substitutus Secretariae Status idemque Notarum arcanarum Summi Pontificis Secretarius

— Sacri Consilii pro publicis Ecclesiae negotiis a Secretis

— Eleemosynarius Sanctitatis Suae

— Vicarius Generalis Sanctitatis Suae pro Civitate Vaticana (cfr. n. 7 § 5)

— Pontificiae Academiae Ecclesiasticae Praeses

— Pontificalis Domus Doctor Theologus (cfr. n. 7 § 4)

'•— Secretarius Epistularum Summi Pontificis ad Principes

— Secretarius Litterarum Latinarum Summi Pontificis

— Protonotarii Apostolici

—-Praelati Pontificali Aulae addicti (cfr. n. 7 § 11)

—• Magistri pontificalium caeremoniarum .

—• Praelati honorarii Sanctitatis Suae (cfr. n. 7 § 6)

— Cappellani Sanctitatis Suae (cfr. n. 7 § 6)

Sacer Pontificalis Domus Concionator.

§ 2. Familia Pontificia, quae laicis constat, complectitur:

—• Astatores ad Solium

— Delegatum Specialem Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana.

..-rr. Consiliarium Generalem Civitatis Vaticanae

— Praefectum Cohortis Honorariae Summi Pontificis (cfr. n. 9)

— Praefectum Pontificiae Helvetiorum Cohortis

— Praefectum Palatinae Cohortis Honorariae

: — Praefectum Pontificiae Cohortis a publica tutela

—• Consultores Civitatis Vaticanae

—• Praesidem Pontificiae Academiae Scientiarum

— Honoratos viros Summo Pontifici Astantes (vulgo *Gentiluomini di Sua Santità;* cfr. n. 7 § 7)

—• Curatores Sacri Palatii Apostolici

— Addictos Aulae Pontificiae (cfr. n. 7 § 7)

— Summi Pontificis Familiares.

§ 3. In Familia Pontificia igitur munera et appellationes tolluntur, quae antea spectabant ad: Cardinales Palatinos, Praelatos Palatinos (hoc est : Diaetarchum Sanctitatis Suae,

Praefectum Cubiculi Secreti Pontificis, Auditorem Ss.mi Domini Nostri Papae)/ Magistrum Sacri Hospitii, Suppellectilis Pontificiae Domus Procuratorem, Praefectum stabuli, Praefectum Tabellariorum, Latores Rosae Aureae, Secretarium Legationum, Nobilis Pontificiae Cohortis Tribunum Exemptum, Cubicularios honorarios, Cubicularios honorarios extra Urbem, Cappellanos Secretos, Cappellanos Secretos honorarios, Cappellanos Secretos honorarios extra Urbem, Clericos Secretos, Cappellanos communes, Familiae Pontificiae a sacris confessionibus, Praegustatorem Secretum.

§ 4. Magister Sacri Palatii Apostolici munera sua servat; appellabitur autem Pontificalis Domus Doctor Theologus.

§ 5. Appellatio tollitur Cubiculariorum Secretorum Participantium. Quod attinet autem ad eos, qui usque adhuc hac appellatione veniebant, haec statuuntur : Eleemosynarius Secretus, et Praefectus Sacrarii Apostolici iri suo munere perstant, sed prior Eleemosynarius Sanctitatis Suae, alter vero Vicarius Generalis Sanctitatis Suae pro Civitate Vaticana appellabitur; Secretarius Epistularum ad Principes, et Secretarius Litterarum Latinarum, de quibus agitur in n. 134 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae,*[2] sive officium sive nomen officii sui proprium servant. Officia et nomina praeterea tolluntur Pincernae, Nuntii, et Vestiarii : ministerium, cui in Aula Pontificia hucusque iidem praeerant, peragetur a duobus Praelatis Pontificali Aulae addictis, de quibus in n. 7 § 11. Nomen pariter et officium tollitur Sub-Dat-arii.

§ 6. Antistites Urbani et Cubicularii Secreti supra numerum cum ad Familiam tum ad Cappellani Pontificiam pertinere pergunt; appellabuntur autem alteri Praelati honorarii Sanctitatis Suae, alteri Cappellani Sanctitatis Suae, iuxta praescriptum n. 8.

[2] **Cfr. 1. c, p. 927.**

§ .7. In suo item munere permanent, sed mutato nomine: Cubicularii ab ense et lacerna, sive secreti, sive honorarii, qui vocabuntur Honorati Viri Summo Pontifici Astantes; Ostiarii, qui nuncupabuntur Aulae Pontificiae Addicti.

§ 8. Laici viri, Familiae Pontificiae membra, pompae pontificiae et sacris caeremoniis Cappellae non intersunt, etsi iisdem locus proprius assignetur, inter sacros ritus a Summo Pontifice peractos.

§ 9. Astatores ad Solium operam navant Praefecto Palatii Apostolici; eorum est, sive debita officia Summi Pontificis hospitibus praestare in sollemnioribus caeremoniis non religiosis, de quibus in n. 4 § 3, sive praecipuam conferre operam, ut varia ministeria, quae ad Familiam Pontificiam ex Laicis spectant, recto ordine explicentur.

§ 10. Praefectus Palatii Apostolici, in sollemnioribus civilibus caeremoniis, Consultoribus Civitatis Vaticanae peculiaria ministeria committere poterit.

§ 11. Duo Praelati Pontificali Aulae addicti, cotidie in Pontificali Aula operam ponentes, a Summo Pontifice nominantur, eorumque munus, Apostolica Sede Vacante, finem capit.

8. Tituli honorum ecclesiasticorum posthac tres tantummodo gradus admittent, scilicet Protonotarios Apostolicos (de numero et supra numerum), Praelatos Honorarios Sanctitatis Suae et Cappellanos Sanctitatis Suae. Ceteri gradus tolluntur.

9. Pontificia Nobilium Cohors appellabitur Cohors honoraria Summi Pontificis. Quae posthac sua honoris officia praestabit in publicis civilibusque caeremoniis, de quibus in n. 4 § 3, iuxta peculiares normas a Praefecto Palatii Apostolici edendas. Ea quae ad militum numerum, ad eorum nominationem et ad rationem praestandorum officiorum spectant, ordinationibus huius Cohortis propriis, opportune recognitis, statuuntur.

10. Officiis honoris, et publicae disciplinae ministeriis in Pontificali Domo praeponuntur Cohortes Pontificiae, quae sequuntur :

Cohors Helvetica

Cohors Palatina honoraria

Cohors Pontificia a publica tutela.

Quae quidem suas ipsarum normas opportune recognitas servant.

11. Pro necessitatibus, in Pontificalis Domus variis caeremoniis vel religiosis vel civilibus Addictorum quoque coetus honoris officia et publicae disciplinae ministeria subeunt. Qui Addicti ad quinquennium a Praefecto Palatii Apostolici nominantur, cuius erit peculiaria munera iis tribuere.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxvin mensis martii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ELDORETENSIS
(LODUARINAE)

Quibusdam detractis territoriis a dioecesi Eldoretensi, nova conditur praefectura apostolica, « Loduarina » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacrorum Librorum verba, spei pienissima : « et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei » *(Ps.* 71, 11) in Africae praesertim terras recte cadere videntur, quarum incolis magig in dies magisque Evangelii illud splendei lumen, illa proferuntur praecepta, quibus unum colant Deum eique pareant. Cum propterea |n dioecesis Eldoretensis finibus, qui in Chenia latissime patent, ita se catholicae res habeant, ut vel maiora possint iure merito incrementa exspectari, visum est Sacrae Congregationi pro gentium evangelizatione haud sine maxima animorum utilitate coniunctum esse, si ex eiusdem dioecesis territorio nova excitaretur praefectura apostolica. Ea ideo accipientes rataque habentes, quae Congregatio proposuit, antea videlicet audito huiusmodi super re venerabili Fratre Vidone Dei Mestri, Archiepiscopo titulo Tuscamiensi atque olim in Chenia Apostolico Pro-Nuntio, sequentia decernimus. A dioecesi Eldoretensi territorium separamus civilis districtus, quem Turkana appellant, eoque novam praefecturam apostolicam constituimus, ab urbe vulgo Lodwar per vulgus cognominata *Loduarinam* appellandam, eamque curis committimus sodalium Societatis Sancti Patricii pro Missionibus ad Exteros. Decernimus praeterea ut hae Litteras Nostrae ad effectum adducantur, eo curante qui tempore exsecutionis Apostolicae Nuntiaturae in Chenia praesit, vel quidam alius rite delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit, congrua documenta exarabit eaque ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittet, de more signata sigilloque impressa.

Hanc yero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

• ffi Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVI, n. 69.

II

BAFIANAE

Quae erat praefectura apostolica Bafiensis in dioecesium ordinem redigitur, « Banana » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Adorandi Dei Filii Vicarius et Procurator, quibus numen aeternum summam Ecclesiae sanctae dedit, nihil profecto sanctius, nihil sollemnius, nihil religiosius umquam duximus, quam ut illum ignem in morta-

lium pectoribus omni arte accenderemus, quem Ille huc excitaturus descendit, et excitari vehementissime optavit. Sine enim hac amoris flamma non modo omnia circum squalent, sed nec homo potest aut ad immortalem patriam tendere, aut aeternae tranquillitatis portum tenere. Quam ob rem, cum praefectura apostolica Bafiensis, ob insomnes Sodalium Congregationis Sancti Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae magna ceperit incrementa, maioraque capere posse praevideatur, visum est opportune fieri, si eadem ad gradum dioecesis attolleretur : per hoc enim remur cum meritam laudem tribui iisdem Sodalibus, quos diximus, tum etiam animum addi novum ad sanctissimam fidem nostram propagandam. Quae cum ita sint, audito venerabili Fratre Aloisio Poggi, Archiepiscopo titulo Forontonianensi atque in Camerunensi Republica Apostolico Pro-Nuntio, item Sacrae Congregationis Christiano Nomini Propagando rogata sententia, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Praefecturam apostolicam Bafiensem ad dignitatem dioecesis evehimus, cognomine *Bafianae,* quam iisdem dilectis Filiis e Congregatione Sancti Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae gubernandam concredimus. Erit autem eadem suffraganea archidioecesi Yaundensi, ad normam iuris. Cathedra episcopalis magisterii in templo principe ponetur civitatis Bafiae, in qua urbe Episcopus domicilium collocabit, ut in capite dioecesis. Qui praeterea, si Canonicorum collegium condi nequeat, Consultores dioecesanos eliget, ut consilio, opere in negotiis maioribus assistant; atque Seminarium condet, quo pueri bonae spei, qui ad sacerdotium vocentur, excipi possint. Cetera, iura et onera cleri et populi respicientia, regimen, hisque similia, Iure Canonico regantur. Ceterum, quae iussimus, venerabilis Frater Aloisius Poggi ad exitum adducere studeat, vel quem ille delegaverit. Re autem acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVI, n. 67.

III

NAIROBIENSIS - ELDORETENSIS - KISUMUENSIS (NAKTJRENSIS)

Quibusdam territoriis detractis ab Ecclesiis Nairobiensi, Eldoretensi, atque Kisumuensi, nova dioecesis constituitur « Nakurensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam curam sollicitus pater familias in filiorum utilitates intendit, quibus sane nihil, ne oculos quidem, carius habet, eandem profecto Nos et multo graviorem habemus, quibus non una familia, aut populus, aut natio singularis commissa est gubernanda, sed omnis Christi plebs, seu «gens sancta» *(Ptr.* 1, 2, 9,), late diffusa in omnes undique partes; cuius necessitatibus si quid cotidie providerimus et perspexerimus, quantum res poscit vel condicio rerum exigit, iam Christi iussioni de recte pascendo grege Nos satis fecisse gaudemus. Quam ob rem, cum Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando, post auditum venerabilem Fratrem Vidonem Dei Mestri, Archiepiscopum titulo Tuscamiensem atque olim in Kenya Pro-Nuntium Apostolicum, item sacros Praesules locorum, quos res interesset, censuerit bene fieri, si detractis territoriis nonnullis a circumscriptionibus ecclesiasticis Nairobiensi, Eldoretensi, atque Kisumuensi, nova ibi loci conderetur dioecesis,

Nos re bene reputata, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Territoria vulgari lingua Nakuru District et Kericho District cognominata a tribus illis Ecclesiis separamus, eaque in novae dioecesis formam redigimus, ab urbe principe Districtus Nakuru *Nakurensis* appellandae, eamque curis Sodalium Societatis Sancti Patricii pro Missionibus ad Exteros committimus gubernandam atque moderandam. Quos quidem patèrne hortamur ut nihil omnino omittant laboris finibus christiani regni propagandis. Hanc novam Ecclesiam suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Nairobiensi, ad normam iuris. Ad cetera autem, quae sive regimen respiciant, sive cives, sive res novae dioecesis, similia, praescripta Codicis Iuris Canonici ad amussim serventur. Item documenta et acta, quae ad modo conditam Sedem pertinent, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, inque tabulario rerum religiosarum diligentissime serventur. Ceterum, quae per has Litteras mandavimus, ille exsequi curabit, qui tempore exsecutionis munere Pro-Nuntii seu Nuntii fungetur, vel quem ipse legaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis effieacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIÁNIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco ££B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 8.

IY

BACIENSIS

(SUBOTICANAE)

Apostolica administratio Baciensis ad dioecesis gradum tollitur, « Suboticanae » cognomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praeclarissima Pauli exempla sequentes, quem sane tanta urgebat Christi caritas, ut diu noctuque Ecclesiarum, quas condidisset, cura atque sollicitudine paene conficeretur (cf. *2 Cor.,* 11, 28), Nos etiam^ quos summi numinis providentia « multarum gentium » patrem constituit (cf. *Gen.,* 17, 5), et aeternarum rerum procuratores, omni opera et ope annitimur ut omnibus, quotquot christiano nomine censentur, quam plurimum prodesse queamus; quasi enim Auctus, Christi verba littus animi subeunt, iubentis Nos gregem, quem redemit, sanctissime custodire. Quam ob rem, cum in Administratione Apostolica Baciensi res catholica nonnihil profecerit, cuius rei est argumentum quod ibi et Curia iam instructa sit, et sacrum Seminarium conditum pueris excipiendis quos Deus ad Sacerdotium vocaverit, cetera, petiit venerabilis Prater Matthias Zvekanovic, Episcopus titulo Burciensis atque Administrator Baciensis ut ea circumscriptio in dioecesis formam redigeretur. Nos autem, re bene considerata, consilio exquisito a venerabili Fratre Mario Cagna, Archiepiscopo titulo Heracleensi in Europa et in Iugoslavia Apostolico Delegato, praetereaque Coetu Episcoporum eiusdem Nationis quid sentiret audito, haec quae sequuntur decernimus atque statuimus. Administrationem Apostolicam Baciensem dioecesium numero adscribimus, *Suboticanam* nomine, servatis finibus, ut hucusque fuere ; cuius erit caput atque Episcopi domicilium urbs Subotica, templum autem cathedrale illud, quod est Sanctae Teresiae Abulensi sacrum, cum debitis iuribus. Erit vero nova Sedes cathedralis recto Apostolicae huic Sedi subiecta, donec aliter provideatur; atque beatum Paulum apostolum primum patronum habebit, alterum vero ab eo Cor Immaculatum Beatae Mariae Virginis. Decernimus etiam ut in nova dioecesi cathedrale Canonicorum collegium constituatur, sive

caerimoniarum causa, sive consiliis Episcopo dandis eidemque iuvando; tamen, usquedum hoc fieri nequeat, Consultores dioecesani deligantur, qui sacro eorum Praesuli assistant. Mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta atque fidelium collationes. Regimen, administratio Ecclesiae Suboticanae, electio Vicarii Capitularis, sede vacante, hisque similia omnia ad leges Iuris Canonici temperen tur. Ceterum, haec quae statuimus, venerabilis Frater Marius Cagna, quem nominavimus, exsequi studebit, vel quem ille delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Ianuarii, in Conversione Sancti Pauli Apostoli, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIERI
S. Congr. Pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

In Ap. Cane. tab. vol. CXXVI, n. 7J¡.

V

PERAMIHOËNSIS - IRINGAËNSIS
(NJOMBENAE)

Seiunctis a circumscriptionibus ecclesiasticis Peramihoënsi et Iringaënsi nonnullis territoriis, nova constituitur dioecesis, nomine « Njombena ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sicut solliciti patrisfamilias, qui caritatem suavitatemque in natos aeque partitur, haud inani sane laetitia animus Noster perfunditur, quotiens alia ex aliis nascitur dioecesis et Ecclesia sancta, fines suos quotidie proferens, novas gentes ad Christi legem amplectendam moribusque servandam suaviter allicit. Cum ergo Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, de sententia venerabilis Fratris Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis atque iam Apostolici in Africa Orientali Delegati, post auditos quoque venerabiles Fratres Hermannum Spiess, Episcopum titulo Cemerinianensem atque Abbatem nullius Peramihoënsem, necnon dilectum Filium Atilium Marinangeli, Administratorem Apostolicum Iringaënsis dioecesis, cupiens christifidelium utilitati inservire, a Nobis petierit ut, detractis a Peramihoënsi et Iringaënsi Ecclesiis quibusdam territoriis, nova ibidem dioecesis excitaretur, censuimus admotis precibus esse concedendum. Suppleto igitur eorum consensu qui aliquod ius in hoc negotio haberent, de summa Nostra et apostolica auctoritate haec, quae sequuntur, decernimus et iubemus. Partem boreo-occidentalem territorii Abbatiae nullius Peramihoënsis necnon partem austro-occidentalem territorii dioecesis Iringaënsis, vulgo <x Njombe District » cognominatas, ab iisdem circumscriptionibus ecclesiasticis seiungimus, atque ex eo novam dioecesim constituimus, *Njombenam* ab urbe principe appellandam. Novae circumscriptionis sedem Episcopus ponet in urbe cui nomen ((Njombe » et, ut aequum est, iis omnibus iuribus utetur et privilegiis quibus residentes Episcopi per terrarum orbem fruuntur, oneribusque congruis obligabitur. Sive dioecesis Njombena praeterea sive eius Praesul Sedi metropolitanae Daressalaamensi subicientur tamquam suffraganei. Quod autem ad regimen et administrationem attinet, ea serventur quae Codex

Iuris Canonici statuit et peculiares leges quas Sacra Congregatio de Propaganda Fide dederit. Permittimus tamen ut ob locorum atque temporum adiuncta, Canonicorum loco Consultores dioecesani ab Episcopo deligantur qui ei consilio et opere assint. Ceterum quae per has Litteras mandavimus exsequenda is curabit qui, eo tempore quo negotium agendum erit, Apostolicam in Africa Orientali Delegationem regat, vel per se ipse vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus. Re autem peracta, idem documenta exarari iubebit eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimosexto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

& Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 7.

NUNTIUS GRATULATORIIS

Ad E.mum P. D. Iacobum Carolum S. R. E. Cardinalem Me Guigan, Archiepiscopum Torontinum, decem lustra implentem ex quo sacerdotio est auctus.

Quoniam honor sacrorum Antistitum honor semper est primi ex fratribus et oecumenici Ecclesiae Pastoris, idcirco auditu fuit Nobis perquam iucundum in eo iam esse, ut tu, dilecte Fili Noster, quinquagies redeuntem anniversariam memoriam celebres albo signandi lapillo diei, quo sacerdotii honore auctus es, et illius paulo postea subsecuti, quo, florens iuvenibus annis et desideriis sanctis, Eucharistico sacro Utaturus Domini altare scandisti.

Haud dubie tu pro tua modestia velles commem orationem huiusmodi privatim agere, meditationibus aeternarum rerum pie vacans, atque religioso mentis obsequio repetere hactenus a te emensa vitae spatia, enumerare claros exanclatos pro Deo et Ecclesia labores, tecum rependere beneficia caelestia, haud parva numero et pondere, quibus longum annorum tuorum curriculum conspersum est. At decet etiam communione et societate aliorum natalem sacerdotii tui percoli et honorari.

Ut aequum est, plurimi officiis certabunt, ut felicitatem fausti eventus participent, cum meritorum tuorum amplitudo sane id postulet, ut sollemnibus istis in adiunctis rerum pietatis et amoris significationibus te colant, atque de benef actis a te acceptis se gratos profiteantur.

Nos vero, qui paterno admodum animo erga te afficimur, equidem in tam praeclara occasione benevolentiam et egregiam existimationem Nostram aperte testatam volumus. Neque autem desunt flagrantibus ominibus et votis gratulationes Nostrae, sincero pectore promptae.

Inter alia hoc nominatim tuae laudi ducitur, quod Reginatensis sacer Pastor ac postea ab anno MCMXXXIV Torontinus Archiepiscopus gregis tibi commissi patris, ductoris, doctoris munus diligenter et sollerter gessisti, et peculiari quodam obsequio Apostolicam hanc Sedem prosecutus es. Quod cum esset prorsus commendatione et praemio dignum, fel. mem. Decessor Noster Pius XII te in Collegium Purpuratorum Patrum sapienti consilio cooptare voluit.

Gratulantium igitur chorum quasi praeeuntes, cuncta fausta, felicia, vero profectui tuo de virtute in virtutem a cunctorum bonorum Datore et Largitore tibi enixe precamur.

Id praesertim oramus et cupimus, ut animo et corpore reflorentem diu te sospitet, ut divitiis bonitatis suae ac solaciis perpetuis te recreet.

Ita fiet, ut illud quod gentilicium insigne praemonstrat, generoso conatu magis magisque excogites, retineas et ore et opere perficias : ((Ambulate in dilectione », qua nihil potest esse potius, nihil amabilius et ad petendum avidius, quia « Deus caritas est, et qui manet in caritate in Deo manet w.[1]

Tibi denique, Dilecte Fili Noster, solertissimo Antistiti Coadiutori tuo, eiusque Auxiliaribus, gregique universo, cui sacer pastor consulis, Apostolicam Benedictionem, praecipuae caritatis Nostrae pignus, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Maii anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Christifidelibus coram admissis Beatissimus Pater gaudium ac spem pandit, accommodationis, non eversionis, recolens operam navandam, iuxta Oecumenici Concilii decreta. *

Diletti figli e figlie,

La vostra visita Ci riempie di gaudio e di speranza. Possiamo far Nostre le parole, che servono di titolo alla celebre Costituzione conciliare *Gaudium et spes.* Di gaudio, perché vi vediamo così numerosi : oggi la basilica di San Pietro non basta a contenere i Nostri visitatori, così che siamo obbligati a suddividerli in tre Udienze distinte; questa affluenza è per Noi motivo di gioia ; vediamo in essa quasi un riflesso biblico : « Tutti costoro si sono raccolti d'intorno a te, Gerusalemme i tuoi figli verranno da lontano e le tue figlie sorgeranno da ogni lato. Allora guarderai, e per l'affluire della gente resterà meravigliato e si allargherà il tuo cuore ... ».[1] E qualche cosa che supera il fenomeno turistico è evidente in questa concentrazione non facile, non comoda,

[1] *i Io.* 4, 16.

* Die 25 mensis aprilis a. 1968.

[1] *Is.* 60, 4-5.

che nulla vi offre, se non la grata consapevolezza d'essere qui, cioè al centro non solo geografico della Chiesa, ma al punto canonico, storico e visibile, spirituale e mistico della sua prodigiosa e commovente unità; qui dove è la tomba dell'Apostolo, che Cristo pose a fondamento della sua misteriosa costruzione, la Chiesa; qui dove è così bello incontrarsi con gente d'ogni paese, e sapersi tutti fratelli, tutti fedeli, tutti uniti dalla medesima fede e dalla medesima carità, cioè tutti cattolici. E questa scena non è casuale, non è comandata, ma da voi spontaneamente voluta, e non già per dare o vedere spettacolo, ma per pregare, per avere una parola e una benedizione da Noi, che non mai come in questa e altre simili circostanze sentiamo la pochezza della Nostra umana persona e la grandezza della Nostra qualifica di Vicario di Cristo.

Attestato di filiale adesione alla Chiesa

Gaudio perciò, gaudio grande Ci procurate; e non mai stanchi di ammirare la visione dei Nostri pellegrini e dei Nostri visitatori, rendiamo grazie al Signore con le parole di Davide: « Il popolo ch'è qui io l'ho visto con grande gioia offrire a Te i suoi doni»:[2] i doni della sua fede e della sua pietà.

E col gaudio la speranza: la speranza che cotesta presenza valga molte cose per la causa del regno di Dio, cioè quella di Cristo, della sua Chiesa e delle vostre stesse persone. Vi diremo una parola che deve farvi pensare: abbiamo bisogno di voi! Siete certo qua venuti per fare atto di fede, per dare alla Chiesa un attestato della vostra filiale adesione, per confermare i vostri propositi di vita cristiana. Ebbene, di cotesti doni spirituali Noi abbiamo bisogno. Della vostra risvegliata coscienza cattolica, della vostra fedeltà alla santa Chiesa di Dio. Questo sembra ovvio, e già scontato dalla devozione religiosa e dalla sincerità di sentimenti che qua vi conduce; ed è questa la Nostra speranza a vostro riguardo.

Perché, voi sapete, l'ora storica e spirituale, che la Chiesa sta attraversando, specialmente in alcuni Paesi, non è serena; e ciò è per i Pastori della Chiesa e per Noi motivo di viva apprensione e talora di grande amarezza. E ciò non solo perché tutto il mondo moderno va staccandosi dal senso di Dio, tutto preso com'è dalla ricchezza delle sue conquiste nel campo scientifico e tecnico; non già che

[2] ***1 Par.* 29, 17.**

queste esigano « la morte di Dio », come qualcuno ha detto con infelice espressione; esigano cioè una mentalità atea e lontana da ogni religione; tali progressi caratteristici del mondo moderno esigerebbero piuttosto un più alto, più penetrante, più adorante senso di Dio, una religione più pura e più viva, sui fastigi del sapere umano; non solo, diciamo, per questa pratica apostasia religiosa tanto diffusa, ma anche e, per rapporto alla sensibilità di chi ha responsabilità nella Chiesa, specialmente per l'inquietudine che turba alcuni settori dello stesso mondo cattolico.

Aggiornamento e rinnovamento, non eversione

Le necessità dei territori di missione sono immense, da qualsiasi lato esse vengano considerate. Occorrono scuole, ospedali, chiese, oratori, lebbrosari, seminari, centri di formazione e di riposo, viaggi da non finire. Quello che maggiormente pesa non è solo la costruzione degli edifìci, ma il loro funzionamento, il quale comporta ogni anno dispendio di somme elevate per la conservazione degli impianti, per il mantenimento del personale e per l'apparato assistenziale.

I paesi di missione possono offrire ben poco per tale scopo : si tratta generalmente di regioni in via di sviluppo, talvolta poverissime. Tutto grava sull'amministrazione della diocesi, i cui redditi sono minimi : pochissimi benefattori sul posto, e rari altrove. Si tratta spesso di beneficenza incerta, casuale, affidata al buon cuore ed alle possibilità di donatori occasionali.

Ora, Fratelli e Figli, ascoltateci. Noi dobbiamo perorare la causa, in modo speciale, delle Pontifìcie Opere Missionarie. Non è l'interesse particolare per queste istituzioni che ci spinge ad anteporre davanti alla vostra carità tali Pontifìcie Opere Missionarie ad altre, pur meritevolissime, iniziative; è l'indispensabile ordinamento della efficienza missionaria e l'equità distributiva degli aiuti destinati all'evangelizzazione del mondo, che ci impongono questa preferenza. Del resto il Concilio la afferma : si devono promuovere « specialmente le Pontifìcie Opere Missionarie)) (Decr. *Ad Gentes divinitus,* n. 38).

Le Pontificie Opere Missionarie della Propagazione della Fede, di San Pietro Apostolo e della Santa Infanzia hanno lo scopo di interessare il Popolo di Dio alla fondazione della Chiesa tra le genti ed i gruppi che ancora non credono in Cristo, mediante l'apporto di aiuti spirituali e materiali.

Tale sistema di cooperazione all'attività missionaria della Chiesa abbraccia tutti i suoi componenti, dal Papa che ora vi parla fino all'ultimo dei fedeli.

L'unico affidamento sicuro i Vescovi, i Missionari, le Missionarie ed i Sacerdoti locali lo trovano negli aiuti delle Pontifìcie Opere Missionarie, le quali ogni anno dividono tra le ottocento e più circoscrizioni missionarie i fondi raccolti nel mondo intero.

È una divisione difficile, minuziosa, delicata, studiata da uffici e da organi collegiali, ma necessaria per il suo valore saggio e pratico di contribuzione al pane quotidiano dei Missionari. Sotto questo punto di vista le Opere rendono un prezioso servizio : assicurano una equa ripartizione delle offerte e impediscono che vi siano diocesi missionarie con aiuti preferenziali ed altre trascurate.

I Vescovi missionari non avrebbero un aiuto annuale per il mantenimento delle loro diocesi e per realizzare i loro progetti senza la Pontificia Opera della Propagazione della Fede; non sarebbe possibile mandare avanti la formazione del clero locale se non ci fossero i soccorsi distribuiti dalla Pontificia Opera di San Pietro Apostolo e non si sarebbe in grado di soccorrere tanti fanciulli, soprattutto abbandonati ed ammalati, se non vi fosse la Pontificia Opera della Santa Infanzia.

Ogni Vescovo, ogni Sacerdote, ogni Fedele, anche se compie qualche attività di apostolato missionario, diretto o indiretto in settori personali, deve dare la sua collaborazione anche alle attività generali della Chiesa : cioè alle Opere Pontificie, le quali mentre sono del Papa, sono di tutto l'Episcopato e di tutto il Popolo di Dio. Esse sono inoltre conformi ai nuovi metodi di programmazione generale, che presiedono allo sviluppo delle grandi imprese moderne. Nel Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* (n. 13, § 2) le Pontificie Opere Missionarie sono strettamente legate alla Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli mediante un coordinamento diretto che le pone in evidenza e in efficienza, in modo che abbiano ad accrescere, con rigorosa economia, i loro servizi, e a stimolare, con il concorso attivo dei membri della diletta nostra Pontificia Unione Missionaria del Clero, lo spirito missionario dell'intero Popolo di Dio.

Tutti i Vescovi, in quanto membri del Corpo episcopale che succede al Collegio Apostolico, sono vivamente interessati al loro incremento. Anzi in sede di Conferenze Episcopali devono, fra l'altro, trattare « del determinato contributo finanziario che ciascuna diocesi, in proporzione al proprio reddito, deve versare *annualmente per l'opera missionaria))* (Decr. *Ad Gentes divinitus,* n. 38, § 5).

L'aiuto inoltre dato alle Pontificie Opere Missionarie introduce l'offerente in una scuola d'insegnamento caritativo dalle grandi visioni proprie del cattolicesimo, che non restringono il loro sguardo al bisogno particolare e conosciuto, verso il quale la compiacenza del dono compiuto può essere già una parziale mercede al benefattore (cfr. *Mt.* 5, á6-47),

ma lo allargano ad ampiezze sconfinate, a bisogni innumerevoli e dimenticati, a operai del Vangelo che da sé non sanno chiedere e non saprebbero a chi ricorrere : sono le visioni principalmente degli immensi Paesi dell'Asia, dell'Africa, dell'Oceania, dove la Missione è spesso ancora alla prima difììcilissima fase della *plantatio Ecclesiae.*

Né vogliamo alla fine tacere che la generosità della Gerarchia e dei fedeli, profusa per questa via alle nostre Missioni, rientra nell'invito fatto dalla nostra Enciclica *Populorum progressio,* perché assegnata con cognizione di causa, con saggezza rivolta alla sistematica elevazione delle popolazioni assistite dalle Missioni e con quella relativa continuità che consente al piccolo seme di crescere in albero forte e frondoso ; concorre così davvero a quello sviluppo dei Popoli, che deve portarli dalla incipiente vitalità civile e morale all'autosufficienza degna di nazioni libere e moderne.

Fratelli e Figli ! non vi sia di tedio questo nostro discorso ; ma sia piuttosto eco delle nostre ansie per la diffusione del Vangelo; eco della nostra riconoscenza per quanto avete già fatto a profitto delle Missioni ; eco del nostro incoraggiamento a fare ancora e a fare di più ; eco specialmente della solenne parola di Cristo : « Date e vi sarà dato ; vi sarà versata in grembo una misura buona, pigiata, scossa e traboccante . . . » *(Le.* 6, 38).

Non noi vi potremo ricompensare; ma Cristo, sì; ed è ciò che noi auspichiamo inviando a tutti i benefattori, ai sostenitori e ai protagonisti delle Missioni la nostra Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 2 Giugno 1968.

Festa di Pentecoste.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

RATISBONENSIS - EYSTETTENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Ad satius saluti animarum consulendum Excimus P. D. Rodulfus Graber, Episcopus Ratisbonensis, et Excmus P. D. Aloisius Brems, Episcopus Eystettensis, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Conradi Bafile, Archiepiscopi titulo Antiocheni in Pisidia et apud Foederatam Germanicam Rempublicam Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, a dioecesi Ratisbonensi separat pagos vulgo ((Pollenhaid, Kugelhof, Hirschthal et Auf der Höh » appellatos, eosdemque perpetuo adnectit dioecesi Eystettensi, mutatis, hac ratione, utriusque dioecesis limitibus.

Ad haec vero exsecutioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Excmum P. D. Conradum Bafile deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eamdem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 11 iunii anno 1968.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

KASHMIRENSIS ET JAMMUENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis

Cum Illmus ac Revmus Dominus Ioannes Boerkamp, M. H. M., Praefectus Apostolicus Kashmirensis et Jammuensis, proposuisset ut praesens denominatio praefecturae apostolicae Kashmirensis et Jammuensis ita permutaretur ut deinde *Jammuensis et Kashmirensis* nuncupantur, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Illmi ac Revmi Domini Ioannis Boerkamp inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit et praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 4 mensis maii a. D. 1968.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. $ S.

S* Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

II

CALCUTTENSIS - CUTTACKENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Commissi gregis commodo studentes Excmi ac Revmi Domini Albertus D'Souza, Archiepiscopus Calcuttensis, et Paulus Tobar Gonzales, Episcopus Cuttackensis, ab hac Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide expostulaverunt ut illa pars

districtus de Cuttack vulgo nuncupati ad septentrionem fluminis Mahanadi situata ab archidioecesi Calcuttensi distraheretur et dioecesi Cuttackensi adnecteretur.

Quas preces eadem Sacra Congregatio benigne excipiens, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, praesenti Decreto decernit ut illa pars districtus de Cuttack ad septemtrionem fluminis Mahanadi vergens ab archidioecesi Calcuttensi distrahatur et dioecesi Cuttackensi adscribatur. Insuper statuit ut omnia acta et documenta eamdem partem districtus de Cuttack respicientia a Calcuttensi ad Cuttackensem Curiam, cum primum fas sit, transmittantur.

Ad haec perficienda eadem Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Excmum ac Revmum Dominum Iosephum Caprio, Archiepiscopum titularem Apolloniensem et Pro-Nuntium Apostolicum in India, deputat, necessarias ei et opportunas tribuens facultates etiam subdelegabiles ad effectum de quo agitur, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 8 mensis iunii a. D. 1968.

G. P. Card. A**GAGIANIAN,** *Praefectus*

L. $ S.

© Sergius Pignedoli, Archiep. tit. Icon., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

INSTRUCTIO

De ritibus et insignibus pontificalibus simplicioribus reddendis

PONTIFICALES RITUS magni habere ac proinde sedula diligentia curare sollemne fuit saeculis vertentibus, quippe qui non honoris tantum praebeant indicium, quo sacra Episcoporum dignitas in Ecclesia est veneranda, sed et ipsius Ecclesiae mysterium ob oculos fidelium aperte proponant.

Quanta autem observantia ritus ab Episcopo peragendos, etiam recentiore aetate, Ecclesia sit prosecuta, e Caeremoniali Episcoporum dignosci potest, in quod, auctoritate Summorum Pontificum, normae collectae sunt, ad celebrationes pontificales moderandas necessariae.

Huiusmodi tamen liber, qui venerabiles traditiones servat celebrationum antiquiorum in quibus, praeside Episcopo, presbyteri, diaconi et ministri, suum ministerium navant, congregato et praesente populo, obsoleta quoque et cum nostra aetate minus consonantia saepe continet.

Quapropter, liturgica instauratione inchoata, per quam sacri ritus ad nobilem simplicitatem et ad signi veritatem rediguntur, a pluribus Episcopis instantius petitum est ut etiam pontificales celebrationes et pontificalia insignia simpliciora redderentur.

Re igitur attente perpensa, quamvis in omnibus Caeremoniale Episcoporum recognosci nequeat, antequam definitiva Ordinis Missae, Officii divini et Anni liturgici instauratio peracta sit, opportunum tamen visum est quaedam iam nunc statuere, quibus ritus pontificales, eorum dignitate servata, etiam simplicitate fulgeant. Quam ob rem quae sequuntur statim mutanda vel instauranda praecipiuntur.

I. DE PRESBYTERIS ET MINISTRIS CIRCA EPISCOPUM CELEBRANTEM

a) *De presbyteris et ministris in Missa concelebrata*

1. Ad praecipuam illam Ecclesiae manifestationem clarius ostendendam, quae in Eucharistia tam aperte exprimitur cum praeest Episcopus suo presbyterio et ministris circumdatus, populo in ea actuose participante, maxime convenit ut, instaurata concelebratione, Episcopo sollemniter celebranti presbyteri adsint cum ipso concelebrantes, iuxta venerabilem Ecclesiae traditionem.

Quo autem maior facultas praebeatur presbyteris praestantioris dignitatis Missam cum Episcopo concelebrandi :

a) unus e presbyteris concelebrantibus munere presbyteri assistentis fungitur;

b) deficientibus diaconis, duo e concelebrantibus locum diaconorum assistentium sumere possunt.[1]

i Cf. *Ritus servandus in concelebratione Missae,* nn. 18 et 19.

b) *De presbytero et diaconis assistentibus*

2. Presbyteri assistentis est Episcopo legenti adstare. Librum tamen ante Episcopum extra altare minister teneat.

3. Episcopo ad cathedram presbyteri praestantioris dignitatis de more assistant. Licet tamen diacono, aut, pro necessitate, etiam diacono et subdiacono Missae ad cathedram Episcopo assistere et ministeria implere diaconorum assistentium.

c) *De diaconis et subdiaconis*

4. Ut veritas ordinum et ministeriorum in celebranda Eucharistia cui praeest Episcopus aperte manifestetur, praestat, si adsint, ad munus diaconi altaris et subdiaconi in Missa veros diaconos et subdiaconos non excludere.

5. Nihil impedit quominus plures diaconi, si adsint, suis vestibus induti, diversis ministeriis inter se distributis fungantur.

6. Episcopo sine cantu Missam celebranti decet unum saltem diaconum assistere, indutum amictu, alba, cingulo et stola, qui Evangelium legat et altari inserviat.[2]

7. Feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, si nequeant haberi omnes diaconi et subdiaconi a rubricis requisiti, pauciores adesse possunt. Si ne hoc quidem obtineri potest, olea deferant quidam presbyteri concelebrantes.

d) *De canonicis in choro assistentibus*

8. In Missa pontificali Episcopi canonici habitu chorali semper induantur.

e) *De ministris inferioribus*

9. Ministri qui Episcopo ad cathedram inserviunt pluviali ne induantur.

II. DE SEDE SEU CATHEDRA EPISCOPI

10. Sedes Episcopi venerabili et tradito nomine « cathedra » vocatur.

[2] **Cf. *Ritus servandus in celebratione Missae* [1965], n. 44.**

11. Cathedrae posthac baldachiiram non superponatur ; attamen sedula cura serventur pretiosa opera a saeculis tradita. Ceterum baldachina exstantia ne removeantur, nisi audita prius Commissione liturgica et de arte sacra.

12. Numerus graduum cathedrae ita, iuxta uniuscuiusque ecclesiae structuram, aptetur ut Episcopus a fidelibus bene conspici possit, et ipse revera universae fidelium communitati praeesse videatur.

13. Unica semper sit cathedra episcopalis; et in ea Episcopus sedeat qui celebrat aut celebrationi pontificaliter praeest. Ceteris vero Episcopis vel Praelatis forte praesentibus sedes paretur, loco convenienti, quae tamen non sit ad modum cathedrae erecta.

III. DE SIMPLICIORE USU QUARUNDAM VESTIUM ET QUORUNDAM INSIGNIUM PONTIFICALIUM

14. Episcopus qui albam iuxta rubricas induit, non tenetur rochetum sub alba conservare.

15. Ad libitum Episcopus adhibere potest :

a) caligas et sandalia;

b) chirothecas, cum facultate, si libuerit, eas coloris semper albi adhibendi ;

c) formale, super pluviale assumendum.

16. Aboleantur vero :

a) tunica Episcopi, adhuc sub dalmatica induenda:

o) gremiale sericum, servato altero gremiali, quando verae utilitati est v. gr. ad unctiones peragendas;

c) candela, quae cum libro affertur Episcopo ad legendum, nisi quando necessitas adsit;

d) pulvinar ad genuflexiones obiter faciendas.

17. Dalmaticam, iuxta antiquam traditionem, Episcopus servet, cum sollemniter celebrat ; et insuper etiam in Missa lecta : in consecratione Episcopi, in collatione Ordinum, in benedictione Abbatis, in benedictione Abbatissae, in benedictione et consecratione Virginum, in consecratione ecclesiae et altaris. Attamen, ex rationabili causa, a sumenda dalmatica subter planetam abstinere potest.

18. In unaquaque actione liturgica, una tantum mitra Episcopus utatur, quae iuxta rationem celebrationis erit aut simplex aut ornata.

19. Baculo uti potest quivis Episcopus, qui pontificaliter, consentiente Episcopo loci, celebrat.

20. Unica crux deferatur in processione, ad maiorem dignitatem et venerationem crucis procurandam; quae, si adest Archiepiscopus, erit crux archiepiscopalis, in capite tamen processionis deferenda, cum imagine Crucifixi in anteriore parte posita. Crux, in processione delata, postea iuxta altare laudabiliter erigitur, ita ut fiat crux ipsa altaris. Secus reponatur.

IV. DE QUIBUSDAM IMMUTANDIS VEL ABOLENDIS IN RITIBUS EPISCOPALIBUS

a) *De vestibus induendis vel exuendis*

21. In quavis actione liturgica Episcopus vestes sacras assumit aut deponit in secretario vel, eo deficiente, in sacristia, vel etiam ad cathedram aut, pro opportunitate, ante altare; vestes autem et insignia super altare ne ponantur.

22. Cum Episcopus ante Missam in secretario praeest Horae Officii, quae tempori diei congruit, planetam iam ab initio Horae sumit.

b) *De libro Evangeliorum*

23. Liber Evangeliorum, opportune distinguendus a libro Epistolarum, defertur a subdiacono initio Missae. Postquam autem Episcopus celebrans altare et librum Evangeliorum osculatus fuerit, ipse liber super altare, in medio, relinquitur. A diacono accipitur, dicto *Munda cor meum,* antequam benedictionem ab Episcopo petat ad cantandum Evangelium.

c) *De liturgia verbi in Missa cui Episcopus praeest, quin ipse Missam celebret*

24. Cum Episcopus, ad normam n. 13, Missae praesidet quin ipsam celebret, in liturgia verbi ipse ea omnia peragere potest quae de more celebranti competunt.

d) *De quibusdam abolendis*

25. Episcopus non iam genuflexione, sed inclinatione, ab omnibus salutatur. Item ministri in suo officio praestando ante ipsum stant, nisi ratio utilitatis intercedat.

26. Ad manuum lotionem Episcopi in actionibus liturgicis non iam eius familiares, sed acolythi vel clerici ministrent.

27. Abolentur omnia quae in Caeremoniali Episcoporum praescribuntur sive de circulis coram Episcopo faciendis, sive de certis partibus a binis et binis recitandis.

28. Item abolita habeatur praegustatio panis, vini et aquae, quae praescribebatur in Caeremoniali Episcoporum.

29. Si Episcopus Horae canonicae ante Missam praeest, preces praeparationis ad Missam omittit, quae in Caeremoniali Episcoporum inter psalmodiam praescribebantur.

30. In Missa, cui Episcopus praeest quin ipsam celebret, aquam in calicem ad offertorium infundendam non Episcopus, sed celebrans, benedicit.

31. Licet Episcopo mitra et baculo non uti, cum incedit de loco in locum, si exiguum spatium intercedit.

32. Episcopus mitra non utatur, nisi iam habeat, cum manus lavat et cum thuriflcationem accipit.

e) *De benedictione episcopali*

33. Aboletur benedictio post homiliam, de qua in Caeremoniali Episcoporum.

34. Quando Episcopus, ad normam iuris, benedictionem papalem impertitur, haec benedictio, cum suis formulis, supplet benedictionem consuetam in fine Missae.

35. Archiepiscopo, cum benedicit, crux non deferatur.

36. Baculum accipiat Episcopus antequam benedictionis formulam inchoet, ne ipsa interrumpatur, omissa itaque hoc in casu elevatione et extensione manuum a *Ritu servando,* n. 87, statuta.

Archiepiscopus insuper mitram accipiat ante ipsam benedictionem.

37. Data benedictione, Episcopus recessurus altare salutat cum mitra et baculo; pallium, si hoc iure gaudeat, non ad altare, sed in secretario deponit.

V. DB PRAELATIS DIGNITATE EPISCOPALI NON ORNATIS, DE ALIIS CLERICIS ALIISQUE ACTIONIBUS LITURGICIS

38. Ea omnia quae in hac Instructione dicuntur de simplicioribus reddendis quibusdam sacris vestibus, insignibus et ritibus pontificalibus, necnon de quibusdam abolendis commutandisque, congrua congruis referendo, valent etiam pro Praelatis vel clericis dignitate episcopali non ornatis, qui insignibus quibusdam pontificalibus ex iure vel ex privilegio gaudent.

39. Abolitiones et mutationes supra statutae pertinent etiam ad omnes actiones liturgicas ab aliis clericis celebratas.

Hanc Instructionem a Sacra Rituum Congregatione et a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia paratam, Summus Pontifex, Paulus PP. VI, die **10** iunii **1968** benigne approbavit et auctoritate Sua confirmavit et publici iuris fieri iussit, pariter statuens, ut a die **8** mensis septembris anni **1968,** festo Nativitatis **B.** Mariae Virginis, vigere incipiat.

Romae, die **21** iunii **1968.**

BENNO Card. **GUT**
Praefectus S. R. C. et « Consilii)) Praeses

© Ferdinandus Antonelli
Archiep. tit. Idicren.
a Secretis

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Novum « Enchiridion Indulgentiarum » editur

In Constitutione Apostolica *Indulgentiarum doctrina* diei **1** ianuarii 1967 legitur: « Ut autem ipse indulgentiarum usus ad maiorem dignitatem et aestimationem provehatur, aliquid innovandum sancta Mater Ecclesia opportunum duxit in earum disciplina, novasque normas tradendas decrevit ».

Et in Norma 13 eiusdem Constitutionis statuitur: « Enchiridion indulgentiarum recognoscetur eo consilio ut tantum praecipuae preces et praecipua opera pietatis, caritatis et paenitentiae indulgentiis ditentur ».

Obsecuta Summi Pontificis voluntati, quam sive per Constitutionem Apostolicam *Indulgentiarum doctrina* sive per novas dispositiones Ipse significaverat, haec Sacra Paenitentiaria novum *Enchiridion indulgentiarum* sedulo comparandum curavit.

Summus autem Pontifex Paulus VI, infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore in Audientia diei 14 iunii vertentis anni referente, novum *Enchiridion indulgentiarum,* typis Vaticanis impressum, die 15 eiusdem mensis adprobavit et ut authenticum haberi mandavit, abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in idem *Enchiridion* non relatis et abrogatis insuper ordinationibus Codicis Iuris Canonici, Litterarum Apostolicarum etiam motu proprio datarum et Decretorum Sanctae Sedis de indulgentiis, quae infra in Normis de indulgentiis non recensentur.

Contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex eadem Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 29 iunii 1968, in festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

& IOSEPHUS Card. FERRETTO
Episcopus tit. Ecclesiae suburb. Sabinensis et Mandelensis
Paenitentiarius Maior

Ioannes Sessolo, *Regens*

Referuntur heic ex Enchiridio indulgentiarum *36 Normae quae una comprehensione et ordinatim exponunt omnes generales dispositiones quae circa indulgentias in praesenti vigent.*

NORMAE DE INDULGENTIIS

1. Indulgentia est remissio coram Deo poenae temporalis pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, quam christifidelis, apte dispositus et certis ac definitis condicionibus, consequitur ope Ecclesiae quae, ut ministra redemptionis, thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum auctoritative dispensat et applicat.

2. Indulgentia est partialis vel plenaria prout a poena temporali pro peccatis debita liberat ex parte aut ex toto.

3. Nemo indulgentias acquirens potest eas aliis vitam degentibus applicare.

4. Indulgentiae sive partiales sive plenariae possunt semper defunctis applicari in modum suffragii.

5. Indulgentiae partialis concessio his tantum verbis significatur : « indulgentia partialis », nulla addita dierum vel annorum determinatione.

[1] N. 1 *Indulg. doct.* (= Norma 1 Const. *Indulgentiarum doctrina).*
[2] N. 2 *Indulg. doctr.*
[3] Cf. can. 930 *C.I.C.*
* N. 3 *Indulg. doctr.*
* Cf. N. 4 *Indulg. doctr.*

6. Christifideli qui, corde saltem contritus, peragit opus indulgentia partiali ditatum, tribuitur ope Ecclesiae tantadem poenae temporalis remissio, quantam ipse sua actione iam percipit.

7. Divisio indulgentiarum in personales, reales et locales, non amplius adhibetur, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, quamvis cum re vel loco interdum coniungantur.

8. Praeter Romanum Pontificem, cui totius spiritualis Ecclesiae thesauri a Christo Domino commissa est dispensatio, ii tantum possunt potestate ordinaria indulgentias elargiri, quibus id expresse a iure concessum est.

9. In Romana Curia, Sacrae dumtaxat Paenitentiariae demandantur ea quae spectant ad concessionem et usum indulgentiarum ; salvo tamen iure Congregationis pro Doctrina Fidei videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias attingunt.

10. Inferiores Romano Pontifice nequeunt :

I° Facultatem concedendi indulgentias aliis committere, nisi id eis a Sede Apostolica expresse fuerit indultum ;

2° Eidem operi, cui iam a Sede Apostolica vel ab alio indulgentia concessa sit, aliam adiungere, nisi novae conditiones adimplendae praescribantur.

11. Episcopi dioecesani aliique in iure ipsis aequiparati, ab inito pastorali munere, ius habent :

§ 1. Concedendi indulgentiam partialem personis vel in locis suae iurisdictionis ;

§ 2. Benedictionem Papalem cum indulgentia plenaria, secundum

' **N. 5 *Indulg. doctr.***

[7] **N. 12 *Indulg. doctr.***

[8] **Can. 912 *C.I.C.***

[9] **Cf. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, 15 aug. 1967, n. 113: *A.A.S.*, 59 (1967) p. 923.**

[10] **Cf. Can. 913 *C.I.C.***

§ [1] Cf. can. 349, § 2, 2° *C. I. C;* cf. Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 396, § 2, 2°; can. 364, § 3, 3°; can. 367, § 2, 1° et can. 391: *A.A.S.*, 49 (1957) pp. 541 ss.

"» § [2] Cf. can. 914 *C.I.C.;* cf. etiam Motu proprio *Suburbicariis sedibus*, 11 apr. 1962, II, 2 : *A.A.S.*, 54 (1962) p. 255.

praescriptam formulam, impertiendi in sua quisque dioecesi ter in anno, festis sollemnibus ab ipsis designandis, etiamsi iidem Missae sollemni adsistant tantum.

12. Metropolitae possunt indulgentiam partialem in dioecesibus suffraganeis sicut in propria dioecesi concedere.

13. Patriarchae possunt indulgentiam partialem concedere in singulis locis sui patriarchatus, etsi exemptis, in ecclesiis sui ritus extra terminos patriarchatus, et ubique pro fidelibus sui ritus. Idem concedere possunt Archiepiscopi Maiores.

14. Cardinales facultate gaudent concedendi indulgentiam partialem in locis vel institutis ac pro personis suae iurisdictionis vel protectionis ; item in aliis locis, sed a praesentibus solummodo, singulis vicibus, acquirendam.

15. § 1. Indulgentiarum libri omnes, libelli, folia, etc., in quibus earum concessiones continentur, ne edantur sine licentia Ordinarii vel Hierarchae loci.

§ 2. Requiritur vero expressa licentia Sedis Apostolicae ut typis edere liceat, quovis idiomate, collectionem authenticam precum piorumque operum quibus Sedes Apostolica indulgentias annexuit.

16. Qui a Summo Pontifice impetraverint indulgentiarum concessiones pro omnibus fidelibus, obligatione tenentur, sub poena nullitatis gratiae obtentae, authentica exemplaria earumdem concessionum ad Sacram Paenitentiariam deferendi.

17. Indulgentia, alicui festo adnexa, translata intelligitur in eum diem quo huiusmodi festum vel eiusdem externa sollemnitas legitime transfertur.

[12] **Cf. can. 274 *C.I.C.;* cf. Motu proprio *Cleri sanctitati,* can. 319, 6° et can. 320, § 1, 4°.**

[13] **Cf. Motu proprio *Cleri sanctitati,* can. 283, 4°; cf. ibid. can. 326, § 1, 10° (can. 319, 6°) et § 2.**

[14] **Cf. can. 239 *C.I.C.* et Motu proprio *Cleri sanctitati,* can. 185, § 1, 24°.**

[18] **Cf. can. 1388 *C.I.C.***

[16] **Can. 920 *C.I.C.***

[17] **Cf. can. 922 *C.I.C.;* cf. etiam *Codex Rubricarum,* nn. 356-9: *A.A.S.,* 52 (1960) p. 657.**

18. Ad lucrandam indulgentiam alicui diei affixam, si visitatio ecclesiae vel oratorii requiratur, haec fieri potest a meridie diei praecedentis usque ad mediam noctem quae statutum diem claudit.

19. Christifidelis qui *pietatis obiecto* (crucifixo vel cruce, corona, scapulari, numismate), a quovis sacerdote rite benedicto, pia utitur mente, consequitur indulgentiam partialem.

Si autem *pietatis obiectum* a Summo Pontifice aut a quolibet Episcopo fuerit benedictum, christifidelis, eodem obiecto pia utens mente, assequi potest etiam indulgentiam plenariam die festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, addita tamen, qualibet legitima formula, fidei professione.

20. § 1. Indulgentiae adnexae visitationi ecclesiae non cessant, si ecclesia funditus evertatur rursusque intra quinquaginta annos aedificetur in eodem vel fere eodem loco et sub eodem titulo.

§ 2. Indulgentia adnexa usui *pietatis obiecti* tunc tantum cessat, cum idem obiectum prorsus desinat esse vel vendatur.

21. Pia Mater Ecclesia, de fidelibus defunctis quam maxime sollicita, quolibet privilegio hac de re abrogato, iisdem defunctis amplissime suffragari constituit quovis Missae sacrificio.

22. § 1. Ut quis capax sit sibi lucrandi indulgentias, debet esse baptizatus, non excommunicatus, in statu gratiae saltem in fine operum praescriptorum, subditus concedentis.

§ 2. Ut vero subiectum capax eas revera lucretur, habere debet intentionem saltem generalem eas acquirendi et opera iniuncta implere statuto tempore ac debito modo secundum concessionis tenorem.

23. Nisi aliud ex concessionis tenore appareat, indulgentias ab Episcopo concessas lucrari possunt tum subditi extra territorium, tum peregrini, vagi, omnesque exempti in territorio degentes.

[18] **Can. 923 *C.I.C.***
[19] **N. 17 *Indulg. doctr.***
[20] **Cf. can. 924 *C.I.C.***
[21] **N. 20 *Indulg. doctr.***
[22] **Can. 925 *C.I.C.;* cf. can. 2262 *C.I.C.***
[23] **Can. 927 *C.I.C.***

24. § 1. Indulgentia plenaria semel tantum in die acquiri potest.

§ 2. Christifidelis tamen consequi poterit indulgentiam plenariam *in articulo mortis,* etiamsi eodem die indulgentiam plenariam iam acquisiverit.

§ 3. Partialis vero indulgentia pluries in die acquiri potest, nisi aliud expresse notetur.

25. Opus praescriptum ad acquirendam indulgentiam plenariam ecclesiae vel oratorio adiunctam est eiusdem pia visitatio, in qua recitantur oratio Dominica et fidei symbolum *{Pater* et *Credo).*

26. Ad indulgentiam plenariam assequendam requiruntur exsecutio operis indulgentia ditati et impletio trium condicionum, quae sunt : sacramentalis confessio, communio eucharistica et oratio ad mentem Summi Pontificis. Requiritur insuper ut excludatur omnis affectus erga quodcumque peccatum etiam veniale.

Si plena huiusmodi dispositio desit vel praedictae condiciones, salvis praescriptis N. 34 et N. 35 pro « impeditis », non impleantur, indulgentia erit tantum partialis.

27. Tres condiciones perfici possunt pluribus diebus ante vel post praescripti operis exsecutionem ; convenit tamen ut communio et oratio ad mentem Summi Pontificis peragantur ipso die quo instituitur opus.

28. Unica sacramentali confessione plures indulgentiae plenariae acquiri possunt ; unica vero communione eucharistica et unica oratione ad mentem Summi Pontificis una tantum indulgentia plenaria acquiritur.

29. Condicio precandi ad mentem Summi Pontificis plane impletur, si recitantur ad Eiusdem mentem semel *Pater* et *Ave;* data tamen facultate singulis fidelibus quamlibet aliam orationem recitandi iuxta uniuscuiusque pietatem et devotionem.

[24] **N. 6 *Indulg. doctr.;* cf. etiam N. 18 *Indulg. doctr.***
[25] **N. 16 *Indulg. doctr.***
[26] **N. 7 *Indulg. doctr.***
" **N. 8 *Indulg. doctr.***
[28] **N. 9 *Indulg. doctr.***
[29] **N. 10 *Indulg. doctr.***

30. Normae de indulgentiis plenariis editae, praesertim ea quae in N. 24, § 1 recensetur, applicantur etiam indulgentiis plenariis, quae « toties quoties » usque adhuc appellari consueverunt.

31. Opere, cui praestando aliquis lege aut praecepto obligatur, nequit indulgentia lucrifieri, nisi in eiusdem concessione aliud expresse dicatur; qui tamen praestat opus sibi in sacramentalem paenitentiam iniunctum et indulgentiis forte ditatum, potest simul et paenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari.

32. Indulgentia alicui orationi adnexa acquiri potest quocumque idiomate oratio recitetur, dummodo de fidelitate versionis constet ex declaratione vel Sacrae Paenitentiariae vel unius ex Ordinariis vel Hierarchis locorum ubi vulgaris est lingua in quam versa est oratio.

33. Ad indulgentiarum acquisitionem satis est orationem alternis cum socio recitare, aut mente eam prosequi, dum ab alio recitatur.

34. Confessarii commutare possunt sive opus praescriptum sive condiciones pro iis qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeant.

35. Ordinarii vel Hierarchae locorum possunt insuper concedere fidelibus, in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, si in locis versentur ubi nullo modo vel saltem admodum difficile ad confessionem vel communionem accedere possint, ut ipsi queant indulgentiam plenariam consequi absque actuali confessione et communione, dummodo sint corde contriti et ad praedicta sacramenta, cum primum poterunt, accedere proponant.

36. Muti lucrari possunt indulgentias adnexas publicis precibus, si una cum ceteris fidelibus in eodem loco orantibus mentem ac pios sensus ad Deum attollant; et si agatur de privatis orationibus, satis est ut eas mente recolant signisve patefaciant vel tantummodo oculis percurrant.

[30] **N. 19 *Indulg. doctr.***
[31] **Can. 932 *C.I.C.***
[32] **Cf. can. 934 § 2 *C.I.C.***
[33] **Can. 934 § 3 *C.I.C.***
**** Cf. can. 935 *C.I.C.***
[35] **Cf. N. 11 *Indulg. doctr.***
[36] **Can. 93G *C.I.C.***

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

TORONTINA UCRAINORUM

Nullitatis matrimonii (Kozie - Wesley)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Ioannis Wesley, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 8 octobris 1968, hora undecima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Ioannis Wesley, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 4 mensis iulii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jean Wesley, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 octobre 1968, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Jean Wesley, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

MASSILIENSIS

Nullitatis matrimonii (Camau - D'Amalric)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Vincentii D'Amalric, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 8 octobris 1968, hora undecima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Vincentii D'Amalric, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 5 mensis iulii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Vincent D'Amalric, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 octobre 1968, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Vincent D'Amalric, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

OMAHENSIS

Nullitatis matrimonii (Allison - Burr)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae J. Beverley Burr, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 10 octobris 1968, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 13 ianuarii 1968 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae J. Beverley Burr, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ioannes Maria Pinna, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 8 mensis iulii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me J. Beverley Burr, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 10 octobre 1968, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 13 janvier 1968 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite M.me J. Beverley Burr, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Tomaselli - Iovini)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Josephinae Iovini, in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 20 septembris 1968, hora 9,30, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Iosephinae Iovini, curare debent ut ipsa de hac citatione edictali rite moneatur. *

Aldus Settepani, *Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 21 mensis iunii, a. 1968.

Humbertus Fiacco, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Joséphine Iovini, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma, Piazza S. Giovanni in Laterano, 6) le 20 septembre 1968, à 9 heures 30, pour concorder le doute ci dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Joséphine Iovini, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, **11** giugno **1968,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita ufficiale Sua Eccellenza il Signor **FOUAD BOUTROS,** Vice Presidente del Consiglio dei Ministri e Ministro degli Affari Esteri del Libano.

Giovedì, **20** giugno **1968,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza Sua Beatitudine **MAR IGNAZIO ANTONIO** II, Patriarca di Antiochia dei Siri.

Giovedì, **20** giugno **1968,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **ELIAS MARK CHIPIMO**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Zambia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Paolo VI, il 30 maggio 1968, ha nominato :

Votanti del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica :

Monsignor Bride Andrea.
Padre Gómez Stefano, O. P.
Padre Faltin Daniele, O. F. M. Oonv.
Padre Tocanel Pietro, O. F. M. Conv.
Padre Beyer Giovanni Battista, S. I.
Padre Gutiérrez Anastasio, C. M. F.

Referendari del Supremo Tribunale **della** *Segnatura Apostolica :*

Monsignor Cassola Ovidio.
Monsignor Strojny Mariano.
Padre Berutti Cristoforo, O. P.
Padre Sirna Giuseppe, O. F. M. Conv.
Padre Zaccaria da S. Mauro, O. F. M. Cap.
Padre Gordon Ignazio, S. I.
Padre Navarrete Urbano, S. I.
Padre Robleda Olis, S. I.
Padre Ochoa Francesco, C. M. F.

Il Santo Padre Paolo VI, il I° giugno 1968, ha nominato:

Consultori della Sacra Congregazione dei Riti per la Sacra Liturgia :

Monsignor Famoso Salvatore.
Monsignor Schnitzler Teodoro.
Monsignor Fischer Balthasar.
Monsignor Lengeling Emilio.
Monsignor Rogger Igino.
Sac. D. Jounel Pietro.
Sac. D. Alonso Michele.
Padre Braga Carlo, C. M.
Padre Franquesa Adalberto, O. S. B.
Padre Pasqualetti Gottardo, I. M. C.
Padre Gy Pietro O.P.
Padre Lecuyer Giuseppe, C. S. Sp.
Padre Neunheuser Burcardo, O. S. B.
Padre Vagaggini Cipriano, O. S. B.
Padre Visentin Pelagio, O. S. B.
Padre Tassi Ildefonso, O. S. B.
Padre Fontaine Gaston, C. R. I. C.
Padre Cardine Eugenio, O. S. B.
Padre Gelineau Giuseppe, S. I.
Padre Seumois Saverio, P. A.
Padre Bouyer Lodovico, O.

Consultori delia Sacra Congregazione dei Riti per le Cause dei Santi :

Monsignor Garofalo Salvatore.
Sac. D. Filippi Luigi.
Padre Alvarez Severino, O. P.
Padre Antonelli Francesco, O. F. M.
Padre Bellantonio Alfredo, O. M.
Padre Beniamino della SS. Trinità, O. C. D.
Padre Blasucci Antonio, O. F. M. Conv.
Padre Catena Claudio, O. C.
Padre Colciago Virgilio, B.
Padre Frascadore Ermenegildo, O. F. M.
Padre Geraud Giuseppe, P. S. S.
Padre Gordon Cuvillo Ignazio, S. I.
Padre Green Prospero, O. S. A.
Padre Gutiérrez Anastasio, C. M. F.
Padre Leonardi Giuseppe, O. C.
Padre Moccia Francesco, S. A. C.
Padre O'Connel Guglielmo, O. F. M.
Padre Palmerini Giuliano Raffaele, O. S. B.
Padre Porcelloni Eugenio, O. S. B.
Padre Tack Teodoro, O. S. A.
Padre Zavarella Paolino, O. F. M.

Il Santo Padre Paolo VI, il 10 giugno 1968, ha nominato:

Consultori del Segretariato per V unione dei Cristiani:

S. E. Revma Mons. Schroffer Giuseppe, Segretario della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.
Mons. Moeller Carlo, Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.
Sac. D. Miaño Vincenzo, S. D. B., Segretario del Segretariato per i non Credenti.
Mons. Gremillion Giuseppe, Segretario della Pontificia Commissione « Justifia et Pax ».
Mons. Sartori Luigi.
Mons. Medina Estévez Giorgio.
Sac. Prof. Fries Enrico.
Sac. Prof. Schnackenburg Rodolfo.
Sac. Prof. De Kruif Teodoro.
Sac. Prof. Bouyer Luigi.
Sac. Prof. Canoczy Alessandro.
Sac. Prof. Bukley Michele.
Sac. Prof. McNamara Kevin.
Sac. Prof. Corbon Giovanni.
Sac. Prof. Sanni Carlo J.
Sac. Flannery Edoardo.
Sac. Zegwaard Gerardo.
Sac. Meeking Basilio.
Sac. Giaquinta Carmelo.
Padre Dupuy Bernardo, O. P.
Padre Duelos Vincenzo, O. P.
Padre Schölten Arnoldo, O. P.
Padre Hay Camillo, O. F. M.
Padre Sagi-Bunic Tomislav, O. F. M. Cap.
Padre Mateos Giovanni, S. I.
Padre Witte Giovanni, S. I.
Padre Zuzek Ivan, S. I.
Padre Marranzini Alfredo, S. I.
Padre Quinn Giacomo, S. I.
Padre Beaubien Ireneo, S. I.
Padre Burghardt Walter, S. I.
Padre Arevalo Catalino G., S. I.
Padre Hambye Edoardo, S. I.
Padre Masson Giacomo, S. I.
Padre Smith B. Adriano, P. A.
Padre Keating Giovanni, O. S. P.
Padre Brown Raimondo, P. S. S.
Sac. D. Javierre Antonio, S. D. B.
Suor Mehring Marianna.
Suor Cunningham Maria Regina
Prof*. Santamaria Carlo.
Sig.na Goldie Rosemary.
Sig.na Martineau Susanna.

Il Santo Padre Paolo VI, il 20 giugno 1968, ha nominato :

Membri della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede :

S. E. Revma Mons. González Martin Marcello, Arcivescovo di Barcellona.
S. E. Revma Mons. Thiandoum Giacinto, Arcivesco di Dakar.
S. E. Revma Mons. Muñoz Vega Paolo, Arcivescovo di Quito.
S. E. Revma Mons. Charue Andrea M., Vescovo di Namur.
S. E. Revma Mons. Doumith Michele, Vescovo di Sarba dei Maroniti.
S. E. Revma Mons. Volk Ermanno, Vescovo di Mainz.
S. S. Revma Mons. Butler Basilio Cristoforo, Vescovo tit. di Novabarbara. Ausiliare dell'Emo Arcivescovo di Westminster.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

1	marzo	1968.	Monsig. Wothe Francesco Giuseppe (Gdansk).
19	»	»	Monsig. Schaaper Antonio Cornelio (Rotterdam).

Prelati Domestici di Sua Santità:

27	ottobre	1966.	Monsig. O'Connor Giovanni (Philadelphia).
26	aprile	1967.	Monsig. Doyle Guglielmo (Baltimore).
»	»	»	Monsig. Abucewicz Giovanni (Boston).
		»	Monsig. Nelson Giovanni (Boston).
»	»	»	Monsig. Sullivan Marco (Boston).
»	»	»	Monsig. Fiedorczyk Alfonso (Bridgeport).
»		»	Monsig. O'Connor Guglielmo (Hartford).
»	»	»	Monsig. Cusack Giuseppe (New York).
	»	»	Monsig. Gribbon Giacomo (New York).
»	»	»	Monsig. Lavin Enrico (New York).
»	»	»	Monsig. Brennan Giorgio (Providence).
	»	»	Monsig. Paznonskas Leonardo (Scranton).
»		»	Monsig. Frye Leone (Toledo - U.S.A.).
»	»	»	Monsig. Wurm Urbano (Toledo - U.S.A.).
	»		Monsig. Radlinski Giovanni (Toledo - U.S.A.).
4	settembre	»	Monsig. Canal Bruno (San Nicolas de Los Arroyos).
»	»		Monsig. Fioroni Nestore Giuseppe (San Nicolás de Los Arroyos).
4	ottobre		Monsig. Bockholt Erberto Enrico (Brownsville).
»	»	»	Monsig. Pater Francesco Giovanni (Brownsville).
»	»	»	Monsig. Gloeckner Giorgio Alessandro (Corpus Christi).
	»		Monsig. Jones Giovanni Clemente (Corpus Christi).
	»		Monsig. Kelly Guglielmo (Corpus Christi).
»	»	»	Monsig. Kinlough Guglielmo (Corpus Christi).
	»		Monsig. O'Doherty Gerardo (Corpus Christi).
	»	»	Monsig. Tengler Al vin Giuseppe (Corpus Christi).
	»		Monsig. Barry Enrico (Providence).
»	»	»	Monsig. Carey Guglielmo (Providence).

4	ottobre	1967.	Monsig. Cavallaro Galliano (Providence).
»	»	»	Monsig. Dziob Michele (Providence).
»	»	»	Monsig. Guilbault Oscar (Providence).
»	»	»	Monsig. Lloyd Paolo (Providence).
»	»	»	Monsig. Mooney Roberto (Providence).
»	»	»	Monsig. O'Gara Giuseppe (Providence).
»	»	»	Monsig. Scott Tommaso (Providence).
»	»	»	Monsig. Truck Giovanni (Providence).
»	»	»	Monsig. Varsanyi Guglielmo (Providence).
15	»	»	Monsig. Horton Tommaso (Saginaw).
»	»	»	Monsig. Mahoney Carlo (Saginaw).
»	»	»	Monsig. Povisti Kenneth Giuseppe (Saginaw).
28	»	»	Monsig. McCarthy Emmett (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Osborne Francesco M. (Los Angeles).
»	»	»	Monsig. Stroup Paolo Edoardo (Los Angeles).
3	novembre	»	Monsig. Cleary T. Walter (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Connors Francesco (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Fix Giacomo (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Kellogg Geraldo (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Maguire Francesco (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Nugent Vilfrido (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Philippis Giorgio (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Pierce Edoardo (Ogdensburg).
»	»	»	Monsig. Riley Patrizio (Ogdensburg).
12	»	»	Monsig. Murphy Francesco (Anchorage).
»	»	»	Monsig. Snead Giacomo (Anchorage).
15	»	»	Monsig. Boyle Giuseppe (Boston).
»	»	»	Monsig. Broderick Giovanni (Boston).
»	»	»	Monsig. Gregan Giovanni Giuseppe (Boston).
»	»	»	Monsig. Mahoney Giuseppe (Boston).
»	»	»	Monsig. O'Connell Edoardo (Boston).
»	»	»	Monsig. Palladino Alfonso Gustavo (Boston).
»	»	»	Monsig. Pitaro Mimie Benedetto (Boston).
»	»	»	Monsig. Riordan Daniele Francesco (Boston).
23	»	»	Monsig. Kish Giovanni (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Metzger Paolo (Steubenville).
»	»	»	Monsig. Wearsch Guglielmo (Steubenville).
30	»	»	Monsig. Humphreys Giovanni (Birmingham).
2	dicembre	»	Monsig. Bernardo Valerio (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Bogumil Emilio (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Cahill Davide (Buffalo).
»	»	))	Monsig. Glynn Leone (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Kulpinski Stanislao (Buffalo).
»	»	»	Monsig. McCarthy Bernardo (Buffalo).
»	»	»	Monsig. McPherson Giuseppe (Buffalo).
»	»	»	Monsig. O'Meara Normanno (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Szabo Giulio (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Woulfe Maurizio (Buffalo).
»	»	»	Monsig. Wozniak Guglielmo (Buffalo).
16	»	»	Monsig. Daly Gordon Vincenzo (Christchurch).

16 dicembre 1967. Monsig. Gallagher Eugenio (Christchurch).
» » » Monsig. McKeon Tommaso (Christchurch).
30 » Monsig. Grzybowski Edmondo Lorenzo (Peoria).
» » » Monsig. Kinder Paolo Riccardo (Peoria).
» » » Monsig. O'Dea Giuseppe Giacomo (Peoria).
» » » Monsig. Kank Giorgio Bernardo (Peoria).
24 gennaio 1968. Monsig. O'Donnel Tommaso (Dublin).
» » » Monsig. Bochnewich Michele (Saint Nicholas of Chicago).
» » » Monsig. Leskiw Pietro (Saint Nicholas of Chicago).
14 febbraio » Monsig. Mcshane Giuseppe (Leeds).
» » » Monsig. Wilcock Edoardo (Leeds).
15 » » Monsig. Cortbawi Antonio (Cipro).
12 marzo » Monsig. Carcione Giuseppe (Palermo).
» » » Monsig. Morvillo Renato (Palermo).

Prelato d'onore di Sua Santità :

19 aprile 1968. Monsig. Vannucci Cherubino (Roma).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

30 agosto 1967. Monsig. Danaher Timoteo Leone (St. Augustine).
» » Monsig. Kohls Eugenio Clarenzio Giuseppe (St. Augustine).
» » Monsig. Larkin Guglielmo Tommaso (St. Augustine).
» » Monsig. Lenihan Giovanni Giuseppe (St. Augustine).
» » Monsig. Power Martino Brendan (St. Augustine).
4 ottobre » Monsig. Doherty Patrizio (Brownsville).
» » Monsig. O'Grady Daniele (Providence).
28 Monsig. Hutson Guglielmo G. (Los Angeles).
3 novembre Monsig. Lawler Roberto L. (Ogdensburg).
15 » » Monsig. Bukay Giuseppe Giovanni (Boston).
» » » Monsig. Donelin Paolo Francesco (Boston).
» Monsig. Keating Giacomo (Boston).
» » Monsig. Mulcahy Giovanni Giuseppe (Boston).
23 » » Monsig. Punke Roberto (Steubenville).
2 dicembre » Monsig. Lorenzetti Dino (Buffalo).
» » Monsig. Hanna Francesco (Buffalo).
» » Monsig. McDonnell Guglielmo (Buffalo).
» » Monsig. Rutecki Riccardo (Buffalo).
24 gennaio 1968. Monsig. Swyschuk Jaroslav (Saint Nicholas of Chicago).
3 febbraio » Monsig. Kraakman Giovanni Teodoro (Haarlem).
14 » » Monsig. Buckley Michele Giovanni (Leeds).
23 » Monsig. Krawarik Giovanni (Wien).
1 marzo » Monsig. Van Haaren Guglielmo Giovanni Antonio (s'-Hertogenbosch).
7 » Monsig. Rodrigues Nereo Vincenzo (Bombay).
» » » Monsig. Gaggero Giuseppe Agostino (Genova).
» » Monsig. Bello Antonio (Ugento - S. Maria di Leuca).
12 » » Monsig. Germana Giuseppe (Palermo).
» Monsig. La Barbera Castrense (Palermo).

14 marzo 1968. Monsig. Ain Antonio (Damas).
19 » » Monsig. Botticelli Lino (Camerino).
» » » Monsig. Paoletti Luigi (Camerino).
» » » Monsig. Luciani Ferruccio (Fermo).
27 » » Monsig. Macaluso Michelangelo (Palermo).

Cappellani di Sua Santità:

9 aprile 1968. Monsig. Calafato Salvatore (Caltanissetta).
18 » » Monsig. De Santis Michele (Giovinazzo).
» » » Monsig. Melone N. (Giovinazzo).
» » » Monsig. Minervini Corrado (Molfetta).

ONORIFICENZE

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

9 dicembre 1966. Al sig. Ernstberger Antonio (München und Freising)
» » » Al sig. Rüth Federico (München und Freising).
» » Al sig. Von Hirsch Rodolfo (München und Freising).
4 dicembre 1967. AI sig. Gagianelli Giovanni (Roma).
16 » » Al sig. Dania Luigi (Fermo).
» » » Al sig. Picciotti Berardo (Teramo).
20 » » Al sig. Forni Luigi (Tortona).
» » » Al sig. Mangiarotti Cesare (Tortona).
» » Al sig. Villa Carlo (Tortona).
28 » Al sig. Catalano Luigi (Roma).
30 » Al sig. Caselli Giuseppe (Fano).
» Al sig. Buzzonetti Renato (Roma).
16 gennaio 1968. Al sig. D'amico Oronzo (Roma).
23 » » Al sig. Santucci Luigi (Milano).
28 » Al sig. Defleur Maurizio *(Belgio).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

28 gennaio 1968. Al sig. Weyns Costantino *(Belgio).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

9 dicembre 1966. Al sig. Kiermeier Carlo (München und Freising).
» » » Al sig. Zylka Giorgio (München und Freising).
19 luglio 1967. Al sig. Maguire Guglielmo (Westminster).
5 agosto » Al sig. Boos Francesco (Chür).
18 » » Al sig. Perera E. S. Cirillo (Colombo).
» » Al sig. Mendis Erico (Colombo).
» » » Al sig. Van Dijk Pietro Teodoro (Haarlem).
9 settembre » Al sig. Llosa Adriano (Fré jus -Toulon).
19 » » Al sig. Bellew Edoardo M. (Liverpool).
» Al sig. Cowley David A. (Liverpool).
» » » Al sig. Hall Tommaso E. (Liverpool).

19 settembre 1967. Al sig. Mould Antonio M. (Liverpool).
» » Al sig. Murphy Ernesto W. (Liverpool).
» » Al sig. Taylor Cristoforo (Liverpool).
» Al sig. Tiernan Giovanni (Liverpool).
26 Al sig. Tjoa Paolo (Merauke).
29 » Al sig. Lommez Amando (Brugge).
» » Al sig. Decker Francesco (Vannes).
24 ottobre Al sig. Venegas del Toro Giuseppe Emilio (Ponce).
3 novembre Al sig. Dumas Andrea (Angers).
6 dicembre Al sig. Carbone Carmine (Roma).
30 » Al sig. Jesson Renato (Châlons).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 settembre 1967. Al sig. Verrotti Mario (Penne - Pescara).
13 gennaio 1968. Al sig. Gelsi Candido (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1 giugno 1967. Al sig. Göbhart Francesco (Graz-Seckau).
23 » » Al sig. Lotti Dilvo (San Miniato).
2 agosto » Al sig. Thoma Giuseppe (Sankt Pölten).
5 Al sig. Palumbo Bartolomeo (Ragusa).
9 » » Al sig. Gusso Francesco (Venezia).
22 » » Al sig. Palm Gualtiero (Salzburg).
30 » » Al sig. Kerekes Tibor (New York).
4 settembre » Al sig. Colabene Enrico (Gallipoli).
» » » Al sig. Zacà Francesco (Gallipoli).
» » » Al sig. Magnani Gino (Pescia).
12 » » Al sig. Vieira de Brito Maurizio (Beja).
13 Al sig. Piana Agostinetti Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Ragionieri Bruno (Roma).
» » » Al sig. Vallania Roberto (Roma).
14 » » Al sig. Paonessa Francesco (Terni).
15 Al sig. Görkem Bülent *(Turchia).*
» Al sig. Toperi Kaya *(Turchia).*
» » » Al sig. Ülgen Tanju *(Turchia).*
22 » » Al sig. Vogel Guglielmo (Milano).
26 » » Al sig. Franchi Raul (Brescia).
» » » Al sig. Mangia Giuseppe (Brescia).
» » » Al sig. Martinelli Mario (Brescia).
» » » Al sig. Martinelli Michelangelo (Brescia).
» » Al sig. Sparano Carmine (Brescia).
» » » Al sig. Zampedri Luigi (Brescia).
29 » » Al sig. Sidoli Tranquillo (Piacenza).
8 ottobre » Al sig. Nizzo Giovanni Battista (Alessandria)
7 novembre » Al sig. Iocco Dino (Capua).
» » » Al sig. Sementini Mario (Capua).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24	luglio	1966.	Al sig. Visser Siebe (Utrecht).
8	marzo	1967.	Al sig. Biakolo Domenico (Sangmelina).
»	»	»	Al sig. Mvondo Goffredo (Sangmelina).
5	agosto	»	Al sig. Recine Enrico (New York).
18	»	»	Al sig. Oassaigne Giorgio (Paris).
»	»	»	Al sig. Lefevre Giovanni (Paris).
24	»	»	Al sig. de Brouwer Carlo (Gand).
4	settembre	»	Al sig. Cappello Aldo (Gallipoli).
11	»	»	Al sig. Adler Leone (Baker).
»	»	»	Al sig. Brandenthaler Antonio (Baker).
12	»	»	Al sig. Van Wymeersch Enrico (Malines-Bruxelles).
13	»		Al sig. Meyer Giuseppe (Chur).
»	»	»	Al sig. Todero Luigi (Roma).
15	»	»	Al sig. Tümer Erdal *(Turchia).*
»		»	Al sig. Eroi Polat *(Turchia).*
	»	»	Al sig. Adali Niyazi *(Turchia).*
	»	»	Al sig. Yigitbasioglu Ilhan *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Birler Abdullah *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Öner Yaçar *(Turchia).*
19		»	Al sig. Attili Giuseppe (S. Severino Marche).
		»	Al sig. Bianconi Roberto (S. Severino Marche).
		»	Al sig. Cocozza Pasquale (S. Severino Marche).
»		»	Al sig. Prosperi Domenico (S. Severino Marche).
2G		»	Al sig. Borgonovi Seleuco (Reggio Emilia).
4	ottobre	»	Al sig. Capacchietti Francesco *(Italia).*
13	»	»	Al sig. Porreca Pietro (Roma).
14	»		Al sig. Malossi Luciano (Bologna).
»			Al sig. Mattei Ugo (Bologna).
16	»	»	Al sig. Kaimfwa Luigi (Lusaka).
20		»	Al sig. Storimans Enrico L. F. M. (Rotterdam).
24	»		Al sig. Rossini Mario (Roma).
28	»	»	Al sig. Enrico Emilio (Ivrea).
3	novembre		Al sig. Pianta Bartolomeo (Roma).

NECROLOGIO

19	giugno	1968.	Monsig. Nécsey Eduard, Arcivescovo tit. di Velicia, Amministratore Apostolico di Nitra.
20	»	»	Monsig. Sweeney James Joseph, Vescovo tit. di Vico di Aterio.
25	»	»	Monsig. Jelmini Angelo Giuseppe, Vescovo tit. di Terme, Amministratore Apostolico di Lugano.
28	»	»	Monsig. Prendville Redmond, Arcivescovo di Perth.
2	luglio	»	L'Emo Signor Card. Brennan Francis J., della Diaconia di S. Eustachio, Prefetto della S. Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.
5	»	»	L'Emo Signor Card. Pia y Deniel Enrique, del Titolo di S. Pietro in Montorio, Arcivescovo di Toledo.

An. et vol. LX 10 Augusti 1968 N. S

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico — Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

SOLLEMNIS PROFESSIO FIDEI

A Paulo VI Pont. Max. pronuntiata ante Basilicam Petrianam die XXX mensis Iunii anno MCMLXVIII, anno a fide vocato, et saec. XIX a martyrio SS. Petri et Pauli App. completis.

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii,

1. Sollemni hac Liturgia concludimus sive commemorationem saeculi xix post martyrium a sanctis Petro et Paulo Apostolis factum, sive annum, quem a fide appellavimus. Hunc scilicet annum eo consilio sanctis Apostolis commemorandis dicavimus, non solum, ut constantissimam voluntatem Nostram testaremur incorrupte fidei *depositum custodiendi,*[1] quod nobis ipsi tradiderunt, sed etiam ut propositum nostrum confirmaremus eandem fidem ad vitam hoc tempore referendi, cum Ecclesiae in hoc mundo peregrinan dum est.

2. In praesenti Nostrum esse putamus iis christifidelibus publicas persolvere gratias, qui invitationibus Nostris respondentes, id effecerunt ut annus a fide nuncupatum summam ubertatem acciperet, tum ad verbum Dei penitius adhaerentes, tum in multis consortionibus professionem fidei renovantes,

i Cfr. *1 Tim.* 6, 20.

tum fidem ipsam perspicuis vitae christianae testimoniis comprobantes. Quare dum praesertim Fratribus Nostris in Episcopatu, omnibusque catholicae Ecclesiae filiis gratissimum declaramus animum Nostrum, ipsis Apostolicam Benedictionem Nostram impertimus.

3. Porro Nostrarum esse partium existimamus mandatum conficere a Christo delatum Petro, cuius Nos, licet meritis longe inferiores, successores sumus: ut nempe in fide *confirmemus fratres.*[2] Quam ob rem, etsi exiguitatis Nostrae conscii sumus, maxima tamen animi vi, quam a mandato Nobis tradito ducimus, professionem fidei facturi sumus, atque formulam a verbo *credo* incipientem sumus pronuntiaturi, quae, quamvis definitio dogmatica vere proprieque non sit nominanda, tamen formulam Nicaenam, quoad rerum summam, repetit, nonnullis adhibitis explicationibus, quas spirituales nostrae huius aetatis condiciones postulant: formulam dicimus immortalis traditionis Ecclesiae sanctae Dei.

4. Quod dum facimus, probe novimus quibus perturbationibus, ad fidem quod attinet, nunc temporis quidam hominum coetus commoveantur. Qui quidem affectionem mundi sese penitus mutantis non efïugerunt, in quo tot veritates vel prorsus negantur, vel in controversiam vocantur. Immo vel nonnullos catholicos homines videmus aut mutandarum, aut novandarum rerum quadam quasi cupiditate capi. Ecclesia sane ad officium suum pertinere putat, nisus non intermittere, ut arcana Dei mysteria, unde in omnes tot salutis fructus manant, etiam atque etiam perspiciat, pariterque secuturae aetatis hominibus aptiore cotidie ratione proponat. Sed simul maximopere cavendum est ne, dum necessarium investigandi officium usurpatur, christianae doctrinae veritates labefactentur. Quod si fiat — videmusque, pro dolor, hodie id reipsa fieri — perturbationem et dubitationem fidelibus multorum animis afferat.

[2] **Cfr. *Luc.* 22, 32.**

5. Ad hanc rem quod spectat, summi est momenti animadvertere, praeter id quod observabile est, scientiarumque ope recognitum, intellegentiam a Deo nobis datam *id quod est* attingere posse, non vero tantummodo significationes subiectivas structurarum, quas vocant, et evolutionis humanae conscientiae. Ceterum recolendum est, illud ad interpretationem seu ad hermeneuma pertinere, ut, verbo, quod pronuntiatum est, observato, intellegere et discernere studeamus sensum textui cuidam subiectum, non vero hunc sensum ad coniecturae arbitratum quodammodo novare.

6. Attamen ante omnia Spiritui Sancto firmissime confidimus, qui est *anima Ecclesiae*, et theologicae fidei, in qua Corporis mystici vita nititur. Cum profecto non ignoremus homines verba exspectare Christi Vicarii, propterea sermonibus et homiliis, quas Nobis persaepe habere placet, eorum exspectationem explemus. Sed hodierno die opportunitas Nobis offertur sollemnius verbum proferendi.

7. Itaque hoc die, a Nobis electo ad concludendum annum a fide appellatum, atque in hac celebratione sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, summo Deo viventi obsequium professionis fidei deferre volumus. Atque quemadmodum olim Caesareae Philippi Simon Petrus, duodecim Apostolorum nomine, praeter hominum opiniones, vere Christum Dei viventis Filium professus est, ita hodie tenuis eius Successor, universaeque Ecclesiae Pastor, nomine totius populi Dei, vocem suam intendit, ut firmissimum testimonium divinae Veritati dicat, quae ideo Ecclesiae est credita, ut eam omnibus gentibus nuntiet.

Hanc autem Nostram fidei professionem satis et expletam et expressam esse volumus, ut apta ratione necessitati luminis satisfaciamus, qua tot fideles homines premuntur, iique omnes qui in mundo — ad quemcumque spiritualem coetum pertinent — Veritatem conquirunt.

Ad gloriam igitur omnipotentis Dei et Domini nostri Iesu Christi, fiducia in auxilio Sanctissimae Virginis Mariae et bea-

torum Petri et Pauli Apostolorum collocata, ad utilitatem spiritu alemque progressionem Ecclesiae, nomine omnium sacrorum Pastorum et christifidelium, plenaque vobiscum, Fratres ac Filii dilectissimi, communione, nunc hanc fidei professionem pronuntiamus.

PROFESSIO FIDEI

8. Credimus in unum Deum, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, Creatorem rerum visibilium — cuiusmodi est hic mundus ubi nostram brevem degimus vitam — rerumque invisibilium — cuius generis sunt puri spiritus, quos etiam angelos appellamus[8] — itemque Creatorem, in unoquoque homine, animae spiritualis et immortalis.*

9. Credimus hunc unicum Deum ita absolute unum esse in sua sanctissima essentia, ut in ceteris suis perfectionibus : in sua omnipotentia, in sua scientia infinita, in sua providentia, in sua voluntate et caritate. *Ille est qui est,* ut ipse Moysi revelavit,[5] ille est *Amor,* ut nos Ioannes Apostolus docuit:[6] ita ut duo haec nomina, Esse et Amor, inefïabiliter divinam eandem exprimant Illius essentiam, qui seipsum nobis manifestare voluit, quique *lucem inhabitans inaccessibilem*[7] est in seipso super omne nomen, superque omnes res et intellegentias creatas. Deus unus potest nobis suipsius rectam plenamque impertire cognitionem, seipsum revelans uti Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, cuius nos, hisce in terris in obscuritate fidei, et post mortem in sempiterna luce, ad aeternam vitam participandam per gratiam vocamur. Mutua vincula, ex omni

[3] Cfr. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Dei Filius, Dz. Sch.* 3002.

[4] Cfr. Litt. Enc. *Humani Generis, A. A. S.* 42 (1950) p. 575; CONC. LATERAN. V, *Dz. Sch.* 1440-1441.

[5] Cfr. *Ex.* 3, 14.

[6] Cfr. *1 Io.* 4, 8.

[7] Cfr. *1 Tim.* G, 16.

aeternitate Tres Personas constituentia, quarum unaquaeque est unum idemque Esse divinum, sanctissimi Dei sunt intima beataque vita, quae infinite omne id superat, quod nos modo humano intellegere possumus.[8] Gratias tamen divinae bonitati agimus, quod quam plurimi credentes coram hominibus nobiscum Unitatem Dei testari possunt, quamvis mysterium sanctissimae Trinitatis non cognoscant.

10. Credimus igitur in Deum, qui in omni aeternitate generat Filium, credimus in Filium, Verbum Dei, qui ab aeterno gignitur, credimus in Spiritum Sanctum, Personam increatam, qui ex Patre Filioque ut sempiternus eorum Amor procedit. Ita in tribus Personis divinis, quae sunt *coaeternae sibi et coaequales** vita et beatitudo Dei plane unius quam maxime abundant et consummantur, summa cum excellentia et gloria Essentiae increatae propria; atque *semper unitas in Trinitate et Trinitas in unitate veneranda est.*[10]

11. Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, Dei Filium. Ipse est Verbum aeternum, natus ex Patre ante omnia saecula et consubstantialis Patri, seu *homoousios to Patri; per* quem omnia facta sunt. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est: aequalis ergo *Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem,*[11] unus omnino *non confusione* (quae fieri non potest) *substantiae, sed unitate personae.*[12]

12. Ipse habitavit in nobis plenus gratiae et veritatis. Annuntiavit et constituit Regnum Dei, in seipso nobis Patrem manifestans. Dedit nobis mandatum suum novum, ut nos invicem diligeremus, sicut ipse dilexit nos. Docuit nos viam Beatitudinum evangelicarum: videlicet esse pauperes in spiritu, et mites, dolores tolerare in patientia, sitire iustitiam, esse mise-

[8] Cfr. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Bei Filius, Ds. Sch.* 3016.
[9] Symbolum *Quicumque, Dz. Sch.* 75.
[10] Ibid.
[11] Ibid., n. 76.
[12] Ibid.

ricordes, mundos corde, pacíficos, persecutionem pati propter iustitiam. Passus est sub Pontio Pilato, Agnus Dei, portans peccata mundi, mortuus est pro nobis Cruci afnxus, sanguine redemptionis afferens nobis salutem. Sepultus est, et propria virtute resurrexit tertia die, ad consortium vitae divinae, quae est gratia, Resurrectione sua nos evehens. Ascendit in caelum, unde iterum venturus est tunc cum gloria ad iudicandos vivos et mortuos, unumquemque secundum propria merita : qui Amori et Pietati Dei responderint, ibunt in vitam aeternam, qui vero ea usque ad exitum respuerint, igni addicentur interituro numquam.

Et Regni eius non erit finis.

13. Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas; missus est nobis a Christo post eius Resurrectionem et Ascensionem ad Patrem; illuminat, vivificat, tuetur ac regit Ecclesiam, cuius purificat membra, dummodo gratiam ne aversentur. Eius opera, quae ad intimum animum permanat, hominem aptum facit, qui illi Christi praecepto respondeat: *Estote ... perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.*[12]

14. Credimus Beatam Mariam, quae semper Virgo permansit, Matrem fuisse Verbi Incarnati, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi,[14] eamque, ob singularem suam electionem, *intuitu meritorum Filii sui sublimiore modo redemptam,*[15] *ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem fuisse,*[16] atque *eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis longe antecellere.*[17]

15. Arcto et indissolubili vinculo mysterio Incarnationis et Redemptionis coniuncta,[18] Beatissima Virgo Maria, Imma-

[13] Cfr. *Matth.* 5, 48.

[14] Cfr. CONC. EPHES., *DZ. Sch.* 251-252.

[15] Cfr. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* n. 53.

[16] Cfr. Pius IX, Bulla *Ineffabilis Deus, Acta,* pars I, vol. I, p. 610.

[17] Cfr. *Lumen Gentium,* n. 53.

[18] Cfr. Ibid., nn. 53, 58, 61.

culata, *expleto terrestris vitae cursu, corpore et anima ad caelestem gloriam est assumpta*[19] et Filio suo, qui resurrexit a mortuis, similis reddita, sortem omnium iustorum in antecessum accepit; credimus Sanctissimam Dei Genetricem, novam He vam, *Matrem Ecclesiae,*[20] *caelitus nunc materno pergere* circa Christi membra *munere fungi, quo ad gignendam augendamque vitam divinam in singulis hominum redemptorum animis opem confert.*[21]

16. Credimus omnes in Adam peccavisse; quod significat originalem culpam ab illo commissam effecisse, ut natura humana, universis hominibus communis, in talem laberetur statum in quo illius culpae consequentias pateretur. Qui status iam ille non est, in quo natura humana initio in protoparentibus nostris, utpote in sanctitate et iustitia constitutis, inveniebatur, et in quo homo expers erat mali et mortis. Itaque haec humana natura sic lapsa, gratiae munere destituta, quo antea erat ornata, in ipsis suis naturalibus viribus sauciata atque mortis imperio subiecta, omnibus hominibus traditur; qua quidem ratione omnis homo nascitur in peccato. Tenemus igitur, Concilium Tridentinum secuti, peccatum originale, una cum natura humana, transfundí *propagatione, non imitatione,* idque *inesse unicuique proprium.*[22]

17. Credimus Dominum Nostrum Iesum Christum Crucis Sacrificio nos redemisse a peccato originali et ab omnibus peccatis personalibus, ab unoquoque nostrum admissis, ita ut vera exstet Apostoli sententia : *Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.*[23]

[19] Cfr. Const. Ap. *Munificentissimus Deus, A. A. S.* 42 (1950) p. 770.

[20] *Lumen Gentium,* nn. 53, 56, 61, 63; PAULUS VI, Alloc, in conclusione III Sessionis Concilii Vat. II, *A. A. S.,* 56 (1964) p. 1016; Exhort. Apost. *Signum Magnum, A. A. S.* 59 (1967) pp. 465 et 467.

[21] Cfr. *Lumen Gentium,* n. 62; PAULUS VI, Exhort. Apost. *Signum Magnum, A. A. S.* 59 (1967) p. 468.

[22] Cfr. CONC. TRID. Sess. V, Decret. *De pecc. orig., Dz. Sch.* 1513.

[23] *Rom.* 5, 20.

18. Confitemur credentes unum baptisma a Domino Nostro Iesu Christo in remissionem peccatorum institutum. Baptismum etiam *parvulis* esse conferendum, *qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerint;* .ita ut gratia supernaturali in ortu privati, renascantur *ex aqua et Spiritu Sancto* ad vitam divinam in Christo Iesu.[24]

19. Credimus in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam, a Iesu Christo super petram, qui est Petrus, aedificatam. Ea est *mysticum Christi Corpus, societas* aspectabilis, *organis hierarchicis instructa* et insimul *communitas spiritualis; Ecclesia terrestris,* Populus Dei hic in terris peregrinans, *et Ecclesia caelestibus bonis ditata; germen et initium Regni Dei,* quo opus et cruciatus Redemptionis per hominum aetates contiñuantur, et quod totis viribus perfectam consummationem exoptat, post finem temporum in caelesti gloria assequendam.[25] Temporum decursu, Ecclesiam suam Dominus Iesus per Sacramenta, quae ab ipsius plenitudine manant, format.[26] His enim Ecclesia facit, ut membra sua mysterium Mortis et Resurrectionis Iesu Christi participent, per gratiam Spiritus Sancti, qui illam vivificat et movet.[27] Est igitur sancta, licet in sinu suo peccatores complectatur; nam ipsa non alia fruitur vita, quam vita gratiae; hac profecto si aluntur, membra illius sanctificantur, si ab eadem se removent, peccata sordesque animi contrahunt, quae obstant, ne sanctitas eius radians diffundatur. Quare affligitur et paenitentiam agit pro noxis illis, potestatem habens ex his Sanguine Christi et dono Spiritus Sancti filios suos liberandi.

20. Divinarum heres promissionum atque Abrahae filia secundum Spiritum, per illum scilicet Israël, cuius et sacros Libros amanter custodit et Patriarchas Prophetasque pie vene-

[24] **Cfr.** CONC. TRID., **ibid.,** ***Dz. Sch.*** **1514.**

[25] **Cfr.** ***Lumen Gentium,*** **nn. 8 et 5.**

[26] **Cfr. Ibid., nn. 7, 11.**

[27] **Cfr.** CONC. VAT. **II, Const,** ***Sacrosanctum Concilium,*** **nn.** 5, 6; ***Lumen Gntium,*** **nn.** 7, 12, 50.

ratur; super fundamentum Apostolorum aedificata, quorum per saeculorum decursum sive verbum semper vivax sive proprias Pastorum potestates in Petri Successore et in Episcopis, communionem cum ipso servantibus, fideliter tradens; perpetua denique Sancti Spiritus assistentia fruens, Ecclesia munus obtinet illius custodiendae, docendae, exponendae atque diffundendae veritatis, quam per Prophetas quadamtenus adumbratam Deus per Dominum Iesum plene hominibus revelavit. Nos ea omnia credimus, *quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur.*[28] Nos eam credimus infallibilitatem, qua Petri Successor perfruitur, cum omnium christianorum Pastor et Doctor *ex cathedra loquitur*[29] *quaeque in Corpore Episcoporum etiam inest quando supremum cum eodem magisterium exercet.*[30]

21. Nos credimus Ecclesiam, quam Christus condidit et pro qua preces effudit, unam et fide et cultu et communionis hierarchicae vinculo indeficienter esse.[31] Huiusce in sinu Ecclesiae sive uberrima liturgicorum rituum varietas sive legitima theologici spiritualisque patrimonii peculiariumque disciplinarum differentia, nedum eiusdem *noceant unitati,* eam *potius declarant?*[32]

22. Nos item, hinc agnoscentes *extra* Ecclesiae Christi *compaginem elementa plura sanctificationis et veritatis inveniri, quae ut dona ipsius Ecclesiae propria, ad unitatem catholicam impellunt,*[33] hinc credentes Sancti Spiritus actionem, qui in cunctis Christi discipulis desiderium huiusce unitatis suscitat,[34] id fore speramus, ut christiani, qui nondum plena unicae

28 Cfr. - CONC. VAT. I, Const. *Dei Filius, Dz. Soli.* 8011.

29 Cfr. Ibid., Const. *Pastor Aeternus, Dz. Sch.* 3074.

30 Cfr. *Lumen Gentium,* n. 25.

31 Cfr. Ibid., nn. 8, 18-23; Decret. *Unitatis Redintegratio,* n. 2.

32 Cfr. *Lumen Gentium,* n. 23; Decret. *Orientalium Ecclesiarum,* nn. 2, 3, 5, 6.

33 Cfr. *Lumen Gentium,* n. S.

34 Cfr. Ibid., n. 15.

Ecclesiae communione fruuntur, in uno grege cum uno Pastore tandem uniantur.

23. Nos credimus *Ecclesiam necessariam esse ad salutem. Unus enim Christus est Mediator ac via salutis, qui in Corpore suo, quod est Ecclesia, praesens nobis fit.*[35] Sed divinum propositum salutis universos amplectitur homines : atque illi *qui Evangelium Christi eiusque Ecclesiam sine culpa ignorantes, Deus tamen sincero corde quaerunt, eiusque voluntatem per conscientiae dictamen agnitam, operibus adimplere, sub gratiae influxu conantur,* ii etiam, numero quidem, quem unus Deus novit, *aeternam salutem consequi possunt.*[36]

24. Nos credimus Missam, quae a sacerdote in persona Christi, vi potestatis per sacramentum Ordinis receptae, celebratur, quaeque ab eo Christi et membrorum eius mystici Corporis nomine offertur, revera esse Calvariae Sacrificium, quod nostris in altaribus sacramentaliter praesens efficitur. Nos credimus, ut panis et vinum a Domino consecrata in ultima Cena in eius Corpus eiusque Sanguinem conversa fuerunt, quae mox pro nobis in Cruce erant offerenda, ita pariter panem et vinum a sacerdote consecrata converti in Corpus et Sanguinem Christi, in caelis gloriose assidentis; credimusque arcanam Domini praesentiam, sub specie illarum rerum, quae nostris sensibus eodem quo antea modo apparere perseverat, veram, realem ac substantialem esse.[37]

25. In hoc igitur Sacramento Christus non aliter praesens fieri potest, quam per conversionem totius substantiae panis in eius Corpus et per conversionem totius substantiae vini in eius Sanguinem, integris manentibus dumtaxat panis et vini proprietatibus, quas nostris sensibus percipimus. Quae arcana conversio convenienter et proprie a sancta Ecclesia *transsubstantiatio* appellatur. Quaevis porro theologorum interpretatio,

[35] Cfr. Ibid., n. 14.
[36] Cfr. Ibid., n. 16.
[37] Cfr. CONC. TRID., Sess. XIII, Decret. *De Eucharistia, Dz. Sch.* 1651.

quae aliquam huiusmodi mysterii intellegentiam quaerit, ut cum catholica fide congruat, id sartum tectum praestare debet, in ipsa rerum natura, a nostro scilicet spiritu disiuncta, panem et vinum, peracta consecratione, esse desiisse, ita ut adorandum Corpus et Sanguis Domini Iesu post ipsam vere coram nobis adsint sub speciebus sacramentalibus panis et vini,[38] quemadmodum ipse Dominus voluit, ut sese nobis alimentum praeberet, nosque mystici Corporis sui unitate sociaret.[39]

26. Una atque individua Christi Domini in caelis gloriosi exsistentia non multiplicatur, sed Sacramento praesens efficitur variis in terrarum orbis locis, ubi Eucharisticum sacrificium peragitur. Eadem autem exsistentia, post celebratum Sacrificium, praesens manet in Sanctissimo Sacramento, quod, in altaris tabernaculo, veluti vivum cor nostrorum templorum est. Quam ob rem suavissimo sane officio tenemur honore afficiendi atque adorandi in Hostia Sancta, quam oculi nostri intuentur, Verbum ipsum incarnatum, quod iidem intueri non possunt, quodque tamen praesens coram nobis effectum est, quin tamen deseruerit caelos.

27. Confitemur pariter Regnum Dei, quod hic in terris in Christi Ecclesia primordia habuit, *non esse de hoc mundo,*[40] *cuius figura praeterit,*[41] itemque eius propria incrementa idem existimari non posse atque progressionem humanitatis cultus, vel scientiarum, vel technicarum artium, sed in eo consistere, ut investigabiles divitiae Christi altius usque cognoscantur, ut spes in aeternis bonis constantius usque ponatur, ut Dei caritati flagrantius usque respondeatur, ut denique gratia atque sanctitudo largius usque diffundantur inter homines. At eodem amore Ecclesia impellitur, ut etiam verum hominum bonum

ss Cfr. Ibid., *Dz. Sch.* 1642, 1651; PAULUS VI, Litt. Enc. *Mysterium Fidei, A. A. S.* 57 (1965) p. 766.

a» Cfr. *S. Th.,* III, 73, 3.

40 Cfr. *Io.* 18, 36.

ii Cfr. i *Cor.,* 1, 31.

temporale continenter cordi habeat. Dum enim quotquot habet filios monere non cessat, eos *non habere hic* in terris *manentem civitatem,*[42] eosdem etiam exstimulat ut, pro sua quisque vitae condicione atque subsidiis, propriae humanae civitatis incrementa foveant, iustitiam, pacem atque fraternam concordiam inter homines promoveant, atque fratribus suis, praesertim pauperioribus et infelicioribus, largiatur adiumentum. Quare impensa sollicitudo, qua Ecclesia, Christi Sponsa, hominum necessitates prosequitur, hoc est eorum gaudia et exspectationes, dolores et labores, nihil aliud est nisi studium, quo ipsa vehementer impellitur, ut iis praesens adsit, eo quidem consilio, ut Christi luce homines illuminet, universosque in Illum, qui ipsorum unus Salvator est, congreget, atque coniungat. Nunquam vero haec sollicitudo ita accipienda est, quasi Ecclesia ad res huius mundi se conformet, aut deferveat ardor, quo ipsa Dominum suum Regnumque aeternum exspectat.

28. Credimus vitam aeternam. Credimus animas eorum omnium, qui in gratia Christi moriuntur — sive quae adhuc Purgatorii igne expiandae sunt, sive quae statim ac corpore separatae, sicut Bonus Latro, a Iesu in Paradisum suscipiuntur — Populum Dei constituere post mortem, quae omnino destruetur Resurrectionis die, quo hae animae cum suis corporibus coniungetur.

29. Credimus multitudinem earum animarum, quae cum Iesu et Maria in Paradiso congregantur, Ecclesiam Caelestem efficere, ubi eaedem, aeterna beatitudine fruentes, Deum vident sicuti est[43] atque etiam, gradu quidem modoque diverso, una cum sanctis Angelis partem habent in divina rerum gubernatione, quam Christus glorificatus exercet, cum pro nobis intercedant suaque fraterna sollicitudine infirmitatem nostram plurimum iuvent.[44]

[42] Cfr. *Hebr.,* 13, 14.
[43] *1 Io.* 3, 2; BENEDICTUS XII, Const. *Benedictus Deus, Dz. Sch.* 1000.
[44] Cfr. *Lumen Gentium,* n. 49.

30. Credimus communionem omnium Christifidelium, scilicet eorum qui in terris peregrinantur, qui vita functi purificantur et qui caelesti beatitudine perfruuntur, universosque in unam Ecclesiam coalescere; ac pariter credimus in hac communione praesto nobis esse misericordem Dei eiusque Sanctorum amorem, qui semper precibus nostris pronas aures praebent, ut Iesu nobis asseveravit: *Petite et accipietis.*[45] Hanc fidem profitentes et hac spe suffulti exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi.

Benedictus Deus sanctus, sanctus, sanctus. Amen.

Pronuntiata ante Basilicam Petrianam, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

[45] Cfr. *Luc.* 10, 9-10; *Io.* 16, 24.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

BARENSIS

Normae de Basilica Collegiali Sancti Nicolai, in urbe Bario, nova ratione eduntur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Basilicae Mcolaitanae Barensis in promptu omnium est tot per saecula laudes cecinisse sive undique ab oriente et occidente sole fidelium sociatas multitudines, sive ipsas mira arte exstructas aedes, sive denique, singularibus collatis iuribus privilegiisque, supremos catholicae Ecclesiae Pastores. Cuius propensioris in idem templum Romanorum Pontificum voluntatis documento etiam sunt Pii XII, Decessoris nostri fel. rec, Litterae Apostolicae a verbis « Sacris in aedibus » incipientes, die v mensis augusti, anno MDCCCCLI datae, quibus praeclarissimo Sancti Nicolai Episcopi Myrensis templo, in pristinam post recentioris belli eversiones ornatioremque formam restituto, exemptionis privilegium ab Ordinarii Barensis iurisdictione Summus idem Pontifex confirmavit atque illud curis credidit sodalium Ordinis Fratrum Praedicatorum. Qui quidem tam impense delato sibi munere functi sunt ut, ob ipsorum cuiusque navatam operam ob divinaque sollemni ritu persaepe inibi peracta, quam plurimi christifidelium coetus ad se Sacramentorum sacrarumque concionum pabulo reficiendus allecti sunt. Nunc autem, Oecumenica Synodo Vaticana secunda expleta, cum tempus sit impensioris dandi studii ut sive interiores Ecclesiae opes, sive normae quibus eius instituta ordinantur novo polleant vigore totamque vitalitatem attingant, adeo ut Christo vivo Ecclesia viva respondeat, necessitas sincerae praesentisque virium concordiae atque arctioribus nexibus omnium labores disponendi neminem latere potest. Coniuncta vero huiusmodi opera, eaque prompta ac magnanima, Archiepiscopi dioecesani nempe et utriusque ordinis cleri, in urbe Bario maxime postulari videtur, cum non tantum toti civitati sed universae fere catholicitati momentum Sancti Nicolai Basilica obtineat quaeque oecumenico motui provehendo in omni memoria iugiter contulerit. Quapropter libenter precibus accedentes quibus ab Apostolica Sede expostulatum est ut

normae, per Apostolicas quas diximus Pii XII Litteras editae, nova ratione, id est ad Concilii Oecumenici placita ac nostrorum temporum adiuncta, componerentur Nos, praehabita concordi sententia Archiepiscopi Barensis atque Moderatorum Ordinis Praedicatorum, occasionem nacti aliud benevolentiae testimonium praebendi, idem scilicet templum Sancti Nicolai Sanctae Apostolicae Romanae Sedi necnon Archiepiscopo dioecesano, alia licet ratione, arctius ligandi, de sententia dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, quas memoravimus Litteris Apostolicis, quatenus opus sit, obrogantes ac derogantes, statuimus ut dehinc rerum ordinationes in Basilica Sancti Nicolai, Barii, et in continentibus aedibus his, quae sequuntur normis regantur.

1. Basilica Sancti Nicolai clerusque eidem adscriptus Apostolicae Sedi in iis quae pertinent ad Basilicae servitium immediate subiciuntur.

2. Idem templum continentesque aedes Ordini Fratrum Praedicatorum, ad nutum Sanctae Sedis, concreduntur.

3. Nomine cleri, de quo in n. 1, intelleguntur Religiosi Ordinis Fratrum Praedicatorum Communitatis a Generali Magistro eiusdem Ordinis ibi constitutae, servitio Basilicae assignati.

4. Basilica S. Nicolai perpetuum in modum ad honorem et dignitatem Basilicae Pontificiae evehitur, cum omnibus iuribus ac privilegiis quae eiusdem tituli templis competunt.

5. Apostolica Sedes Basilicae S. Nicolai Delegatum Pontificium praeponit eique iura et onera quae infra recensentur tribuit.

6. Munus Delegati Pontificii annectitur Archiepiscopo « pro tempore » Barensi, amisso titulo « Magni Prioris », quo adhuc idem Archiepiscopus honoris causa condecorabatur.

7. Communitas Religiosorum Fratrum Praedicatorum exemptione etiam a Delegato Pontificio ad normam iuris communis gaudet. Templum autem iurisdictioni Delegati Pontificii obnoxium erit eadem ratione qua paroeciales sacrae aedes Religiosis non pleno iure concreditae. In sacris in Basilica peragendis Religiosi ritu et Kalendario proprii Ordinis utuntur.

8. Basilicae S. Nicolai Rector erit Superior memoratae Communitatis religiosae. Ipsi vero, praeter facultates quae infra recensentur, munera et officia a iure communi sacrarum aedium Rectoribus tributa competunt.

9. Circa praecedentiam, in templo servandam inter varias personas sive physicas sive morales, normae attendantur in C. I. C. statutae.

Ad Delegatum Pontificium et Capitulum Metropolitanum Barense quod attinet, usurpentur praescriptiones cann. 347 et 408.

10. Apostolicae Sedis erit: confirmare et instituere Rectorem Basilicae, a Generali Ordinis Fratrum Praedicatorum Magistro praesentatum ; advigilare per suum Delegatum circa Mcolaitani templi bonorum temporalium, sive mobilium sive immobilium, administrationem atque circa onerum piarum fundationum, donationum et oblationum exsecutionem; recipere annuas relationes de vita religiosa et de statu oeconomico ac patrimoniali Basilicae ; nominare, vacante Sede metropolitana Barensi, Vicarium eiusdem Basilicae eique opportunas et necessarias concedere facultates.

11. Delegati Pontificii, praeter ea quae eidem ad normam art. 6 competunt, erit : sacris in Basilica operari pontificali aut sollemni ritu, festis Sancti Nicolai, diebus nono mensis maii et sexto decembris recurrentibus eidem assistente Capitulo metropolitano Barensi, adsistentibus autem ei Patribus Ordinis Praedicatorum ipsius Basilicae, si aliis vel festis diebus vel adiunctis sacra celebret; pontificali cathedra uti, ad normam legum liturgicarum; coetibus praesidere, quorum est sollemnia sive ordinaria sive extraordinaria in honorem S. Nicolai decernere (vulgo «Comitati delle feste patronali di San Nicola»), eorumdemque coetuum moderatores, a Rectore Basilicae praesentatos seu designatos, nominare; sacris processionibus praesidere, quae a Basilica procedunt; convocare et agere congressus seu conventus sollemniores et peculiares actiones inire in Basilica, collatis cum eiusdem Rectore consiliis, qui si dissentiat, Apostolica Sedes consulenda; ad Sanctam Sedem suas et Rectoris relationes quotannis transmittere de statu aedium, de cultu et actionis pastoralis ratione atque de administratione rerum Basilicae.

12. Rector Basilicae in muneris possessionem publico ritu a Delegato Pontificio mittetur, cuius quidem possessionis authenticum editum instrumentum in Basilicae archivo servandum ; in Basilica gaudet facultate ordinaria praedicandi, sacramentales confessiones recipiendi, matrimoniis assistendi ad normam cann. 1094 et 1097 § 1, 3, cum onere ad parochum cathedralis templi acta transmittendi, delegandi facultatem praedicandi et confessiones audiendi, modo habituali et permanenter, atque matrimoniis assistendi, tantum in singulis casibus iuxta can. 1096 C. I. C. ; praesidet sollemnibus processionibus, a Basilica procedentibus, quibus Delegatus Pontificius non intersit; vices Praesidis gerit coetuum, quorum est sive annualia sive extraordinaria sollemnia

ordinare in honorem S. Nicolai; de consensu saltem praesumpto Delegati Pontificii valet quoque Episcopum quemdam ad speciales functiones sacras in Basilica agendas invitare ; ad extraordinarias quasdam celebrationes in Basilica ineundas, beneplacitum requirat a Delegato Pontificio, qui si dissentiat, res Apostolicae Sedi deferatur; quotannis Delegato Pontificio relationem mittet de ratione cultus et actionis pastoralis in Basilica éxercitae, necnon de administratione bonorum, Sanctae Sedi transmittendam ; vacante denique Hectoris ofl&cio, eoque quomodolibet absente, eius munera et obligationes suscipit qui eius vices gerit in regimine Communitatis.

Haec tandem omnia, quae decrevimus, ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Eganus Righi Lambertini, Archiepiscopus titulo Docleensis idemque in Italia Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit documenta de more exarabit ad Sacramque Congregationem pro Episcopis quam primum mittet, de more signata sigilloque impressa. Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGIJA
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. Pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

•© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco ¡J¡ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVI, n. 87.

EPISTULA

Ad Rev.mum P. Bernardum Navarro Allende, Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede redimendis captivis Magistrum Generalem, septingentésimo et quinquagesimo volvente anno, ex quo ille Ordo originem duxit.

Optimum quidem inivisti consilium celebrandi annum septingentesimum et quinquagesimum, ex quo originem duxit Ordo B. Mariae Virginis a Mercede redimendis captivis, cui nunc praepositus es, eo vel maxime, quod huius memorandi eventus felicitas auspicato incidit, cum Romae coactus est coetus ipsius religiosae familiae generalis peculiarisque, ideo conferens operam ut, ad normas Concilii Oecumenici Vaticani secundi, eiusdem instituta et leges renovarentur et aptarentur.

Non sine superni Numinis instinctu contigisse videtur, qui dives misericordiae fuit, ut in amoenis Ecclesiae virectis ista nobilis arbor consita sit, piantata secus decursum aquarum, fructum editura tempore suo.[1] Ac summopere nunc decet recolere viros gloriosos et parentes vestros in generatione eorum,[2] qui vestro Instituto firma fundamenta iecerunt, scilicet S. Petrus Nolascus et magnanimi consilii eius adiutores suasoresque Raimundus de Peñafort et rex Iacobus primus ; itemque memoratu est dignus Gregorius IX, qui suprema pontificia potestate idem Institutum adprobavit, S. Augustini regula ipsius moribus et moderamini praeposita.

In ecclesiasticae historiae annalibus, indelebilibus sane inscripta sunt litteris exordia vestri Ordinis eiusque incrementa et per saeculorum decursum egregie facta. Nimirum ibidem praecipue collocata est maiorum vestrorum generosa sollertia, ut christiani captivi, a vobis datis vel undique collectis impensis, a servitutis iugo emanciparentur, et saepenumero, cum praesto non essent ob id solvenda pecuniae pretia, vel mirifico caritatis impulsu, sodales ipsi in captivorum locum se subderent, ad id faciendum quarto adstricti religiosae professionis voto. In Americae Latinae gentes ad christianam veritatem virtutemque vocandas opus laboremque ii adhibuerunt adsiduum et felici exitu fecundum, cui quidam fuit insignis antecessus ac veluti magnorum inceptorum prooemium contigit, cum, ut traditur, vestro Ioanni de Solórzano id honoris datum fuit, ut Christophoro Columbo, in secundo eius maritimo itinere trans Oceani spatia audacem proram obvertenti, fidus comita-

[1] **Cfr.** ***Ps.*** **1, 3.**
[2] **Cfr.** ***Eccli. ii, 1.***

retur. Multi praeterea ex vobis caelestibus agminibus inserti sunt, in quibus clariorem nacti famam S. Petrus Pascasius Episcopus et Martyr, Serapius Martyr et Raimundus Nonnatus; multi in sacris litteris et theologicis studiis praestitere, ut S. Petrus Pascasius, Hieronymus Pérez, Franciscus Zumel.

Cum vero abolita fuit servitus et saltem legum imperio fuit percussa, quandoquidem primaria eius vitae causa esse desiit, Ordini vestro sponte naturaque sua languor videbatur afferri, quin etiam gallica rerum publicarum perturbatione, quae superiore saeculo accidit, paene exstinctus iacuit. Post fata autem resurgens, Ínclita opera et spectata virtute Petri Armengol Valenzuela, novis constitutis legibus, et antiquo animati afflatu et consilio, praeter quam ad redimendos captivos, si id necesse erat, religiosi sodales vestri, evangelicae libertatis assertores, ut eximerent proximos a vinculis inferni hostis, a culpae nexibus, ab ignoratione, a miseriis omnis generis nobile se devovendi studium converterunt. Quapropter, in multigenis caritatis operibus, in praedicando verbo Dei infidelibus, in iuventute disciplinis et christianis moribus instituenda, in parentibus orbatis pueri, in domo profugis iuvandis collocata eorum est sollertia felicibus incrementis, quae quidem maiora futura esse in posterum secura spes promittit, praesertim renovatione in rem deducenda, cui tu et primores istius religiosae familiae nunc collatis consiliis vacatis.

Quae cuncta, prout flagrantibus votis auspicamur, praeclaro fructu haud dubie fortunabuntur, si vos omnes annitemini, ut in consiliis ineundis et normis condendis, quamvis externa quaedam et hodiernae aetatis minus congruentia immutari et possint et debeant, deturbatis, si qua irrepserit, desidia et inordinatione, purus et indemnis reviviscat evangelicae gratiae afflatus, qui primordiis vestris adspiravit. Qui hac S. Pauli Apostoli sententia plane declaratus esse videtur : « Vos enim in libertatem vocati estis, fratres, ... per caritatem spiritus servite invicem)).[3] Parum est dicere : amate. Potius et praestantius adiciendum est : servite.

Quodsi haec pernobilis magnanimitatis virtus pectoris penetralia, quemadmodum ceteros religiosos sodales, insigniter exornat, haud minus arbitramur a vobis colendum esse, praesidio quoque condendarum legum, externum corporis habitum et ipsam vestem.

Doceat praeter alia ea, quae honestate, gravitate, decore sacrorum

[3] **Gal. 5, 13.**

administros exornant, S. Ambrosius noster; praeceptis suis erudiat, quam pulchra sit virtus modestia, quam suavis eius eluceat gratia factis, sermonibus, victu : est enim ea signum internae sanctitatis et tranquillae sapientiae, sursum datorum ad Deum cordium indicium, religiosorum virorum insignis nobilitas : « Est in ipso motu, gestu, incessu verecundia. Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus aut levior, aut iactantior, aut turbidior ; • aut contra gravior et constantior, et purior, et maturior aestimatur. Itaque vox quaedam est animi corporis motus)).[4]

Haec sane praefulsit in Beata Virgine Maria, humili ancilla Dei, nunc in stellanti aula caeli Domina et Regina, per quam fecit magna qui potens est. Quam vos titulo appellatam a Mercede, Matrem gratiae et misericordiae, exuberanter omnium ditatam pulchritudine, in passione Christi sociam, Matrem viventium, priscae religionis cultu mire semper diligetis, et, ad eius imitationem viventes, eiusdem alumni ac filii eritis, nullo non tempore cum melioribus comparandi.

In praesentibus rerum adiunctis haec vobis ex animo ominati, supernae gratiae invocamus largitatem, ut stata sollemnia ad recolendum ante septingentos et quinquaginta annos ortum et primordium Ordinis Beatae Virginis Mariae a Mercede, utcumque et ubicumque agentur, propitip succedant eventu ; atque religiosae familiae vestrae Romae nunc generali congregato coetui divinae sapientiae moderatricem lucem poscimus, ut quae simul sci verius, adprobatione Nostra sint digna utpote vos ad maius incrementum et emolumentum communitatis et navitatis vestrae eadem strenuo oboedientiae obsequio perficiatis. Haud tenuis labor, at non tenui merito vestro evangelica messis albescet, et oblectamento novo fruetur Ecclesia.

Interea in caelestium munerum auspicium itemque in benevolentiae Nostrae signum, tibi, dilecte fili, et sodalibus cunctis tuis itemque sanctimonialibus, quae vestra appellatione ipsae decorantur, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Maii, in festo Beatae Mariae Virginis Reginae, anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

[4] ***De off. l,*** 18.

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Carolum Carmelum S. R. E. Card. de Vasconcellos Motta, Archiepiscopum Apparitiopolitanum, decem impleta lustra, ex quo sacerdotio est auctus, celebraturum.

Suavi semper animi iucunditate sacrorum Antistites diei recolere solent memoriam, quo Dei gratia caelesti dignitate sacerdotii aucti sunt, et initium sacrificandi fecerunt. Itaque cum recens datum nuntium accepimus iam in eo esse, ut tu, Dilecte Fili Noster, decem celebres ab illo felicissimo eventu impleta lustra, nolumus eius rite honorandam recordationem silentio praeterire. Hoc non sinit benevolentiae caritas, quam certe divinitus pectora Nostro insitam erga te sentimus, hoc minime patitur egregia aestimatio, quam apud Nos iam diu obtines, cum abs te hactenus acta Nobiscum ponderamus et pendimus.

Utramque tibi declarandi praeclara quidem huiusmodi suppeditatur occasio, quam libenti volentique animo arripientes, in auctum piae laetitiae gratulationes et vota tibi proferimus. Exploratum prorsus habemus te, primo Archiepiscopum S. Ludovici in Maragnano, deinde Archiepiscopum S. Pauli in Brasilia, denique Apparitiopolitanae archidioecesis moderationi praepositum, quam iam quadriennium geris, in variis provinciis tibi commissorum munerum, tot per emensa annorum spatia, religionis studio et officii diligentia bene de Ecclesia esse meritum. Pro temporis loco dulce erit tibi peractos hactenus recensere labores, non ut iactanter de iis glorieris, sed potius ut religiosae cum mentis obsequio summas Deo agas grates, qui tibi fuit adiutor fortis et largifluus dator donorum, utque inde alacre incitamentum sumas, ut quidquid supererit tibi aetatis et virium expendas et impendas ad Evangelii gloriam amplificandam, et animis supernaturalem vitam et aeternam comparandam salutem strenue incumbas.

Praeter alia, quae longum est enumerare, tuae laudi praecipuae vertit, quod templum princeps et Pontificiam studiorum Universitatem S. Pauli in Brasilia condidisti, quod ad sacrorum alumnos numero augendos et ecclesiasticis disciplinis moribusque probe instruendos, quibus etiam provido impendio pulchras aptasti aedes, curas adhibuisti adsiduas. Dignissimum autem, in quo sollertia tua collocata est, ad caelum se extollit templum, splendidum mole artificioque; abs te exaedificatum ad honorem Beatae Mariae Virginis ab Apparitione. Hoc tum aequalibus natu, tum sera per aeva postfuturis monumentum erit tuae insignis erga Matrem Christi religionis et pietatis. De stellanti superna

regia Mater gratiae, scientiae et spei, Mater sanctae laetitiae, tibi et salutaribus inceptis tuis benigna adsit, propitia arrideat. Nam hoc tibi propositum est, ut illic nobili certatione ipsa mire colatur Servatoris nostri et spiritualis hominum Parens, ut Mater Ecclesiae, Parens et Regina sacerdotum et omnium sanctorum flagranti filiorum studio honoretur, diligatur et archetypum cunctarum virtutum cunctis praefulgeat: «etenim quisquis perfectus est, non amplius vivit ipse, et in 4>so vivit Christus : cumque in ipso vivat Christus, dicitur de eo Mariae : Ecce filius tuus Christus » (Origenes : *In Io.* IV, 23).

Hac deprecatrice, fausta quaeque et felicia ab Auctore et Largitore omnium bonorum tibi oramus et cupimus, nominatim ut in dignis adprobatione cogitatis et desideriis perseveres, pastor bonus in populo, virtutum opifex, in Excelsi lege servanda et tuenda cum optimis certaturus, atque adeo antiquis nova tibi adicias merita usque luculentiora, exspectatione fultus, post longarum metam viarum, aeternae et amplissimae, quam tibi prospicimus, remunerationis.

Haec ominati, ut auspicatus dies uberiorem afferat fructum, id tibi facultatis facimus, ut, sacro pontificali ritu peracto, Nostro nomine Nostraque auctoritate christifidelibus benedicas, Indulgentia plenaria proposita, ad suetam Ecclesiae legem lucranda.

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Robert André Salsamendi, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 luglio 1968, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la g. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su, due miracoli, che si asseriscono operati per intercessione della Beata Giulia Billiart, vergine, fondatrice dell'Istituto delle Suore della Beata Maria Vergine.

Giovedì, 4 luglio 1968, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi Signori Cardinali, i Revmi Prelati officiali e Consultori teologi hanno dato il loro voto :

1. sui miracoli che si asseriscono operati per intercessione della Venerabile Serva di Dio Clelia Barbieri, fondatrice dell'Istituto delle Suore Minime dell'Addolorata;

2. sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Carlo Maria Schilling, sacerdote professo della Congregazione di S. Paolo (Barnabiti) ;

3. sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Agostina Pietrantoni, religiosa professa dell'Istituto delle Suore della Carità.

Martedì, 9 luglio 1968, nel palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare*, nella quale gli Emi Signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa del Servo di Dio Agnello Gustavo Adolfo de Sousa, sacerdote dell'Istituto dei Missionari di S. Francesco Saverio di Goa.

Hanno inoltre esaminato la relazione dei censori teologi su gli scritti dei Servi di Dio :

1. Nicola Stenone, vescovo di Titopoli;

2. Francesco di Gesù Maria Giuseppe (Palau y Quer), sacerdote professo dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, fondatore dell'Istituto delle Suore Carmelitane Missionarie;

3. Stefano da Dublino, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato l'Illmo e Revñjo Mons. Parisella Innocenzo e il Revmo Mons. Mundy Tommaso M., *Prelati Uditori del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

2 luglio 1968. S. E. Mons. Stimpfle Giuseppe, Vescovo di Augsburg, *Membro del Segretariato per i non credenti.*

3 » » S. E. Revma Mons. Filipiak Boleslao, Decano del Tribunale della Sacra Romana Rota ; gli 111 ali e Revmi Monsignori Graneris Giuseppe, Governatori Lauro, Combes Andrea- i Revmi Padri Zaccaria da S. Mauro O.F.M. Capp. e Gutiérrez Anastasio C.M.F. ; il Revmo Don Bogliolo Luigi, *Consultori delia Sacra Congregazione per i Vescovi.*

B » » Gli Emi Signori Cardinali : Beltrami Giuseppe ; de Furstenberg Massimiliano, Prefetto della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali; Grano Carlo, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » Gli Emi Signori Cardinali: Traglia Luigi, Cancelliere di Santa Romana Chiesa ; Villot Giovanni, Prefetto della Sacra Congregazione per il Clero; Seper Francesco, Prefetto della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede; Garrone Gabriele M., Prefetto della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica, *Membri del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

22 » » Il Revmo Padre D'Souza Girolamo, della Compagnia di Gesù, *Consultore del Segretariato per i non cristiani.*

» » » Il Sig. Shin Anzai, la Sig.ra Branca de Melo Franco Alves, la Sig.ina Leblanc Elena, *Membri del « Consilium de Laicis ».*

» » » Il Sig. Chidzero Bernardo e il Sig. Montemayor Jerry, *Consultori del « Consilium de Laicis ».*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papà:

4	aprile	1968.	Al sig. Cerbino Antonio (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4	aprile	1968.	Al sig. Giordani Francesco (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa :

9	dicembre	1966.	Al sig. Bedall Volfango (München und Freising).
»	»	»	Al sig. Endrich Luigi (München und Freising).
»	»	»	Al sig. Weiss Carlo (München und Freising).
»	»	»	Al sig. Fariello Matteo (Roma).
10	»	»	Al sig. Ciocci Giovanni Battista (Roma).
5	maggio	1967.	Al sig. De Angelis Baldassare (Roma).
16	»	»	Al sig. Boldrini Alberto (Roma).
8	giugno		Al sig. Mayer Valentino (München und Freising).
19	luglio	»	Al sig. Joris Fernando (Antwerpen).
»	»	»	Al sig. Persoons Gustavo Alfred.0 Giuseppe (Antwerpen).
20	»	»	Al sig. Mornese Mario (Roma).
16	ottobre	»	Al sig. Poot Baudier Ruggero P. G. *(Belgio).*
14	novembre	»	Al sig. Regoli Raffaele (Roma).
»	»	»	Al sig. Vanzetto Giovanni (Roma).
16	»	»	Al sig. Balon-Perin Giuseppe (Namur).
»	»		Al sig. Gualdi Guglielmo (Roma).
»	»	»	Al sig. Marino Igino (Roma).
»	»	»	Al sig. Pietrangeli Fortebraccio (Roma).
»	»	»	Al sig. Tuccimei Gustavo (Roma).
»	»	»	Al sig. Urbani Ettore (Roma).
»	»	»	Al sig. Valleti Leonardo (Roma).
23	»	»	Al sig. Morini Mario (Brescia).
»	»	»	Al sig. Bacchiocchi Quinto Bruno (Cesena).
»	»	»	Al sig. Adacher Massimo (Rieti).
26	»	»	Al sig. Perini Domenico (Chioggia).
28		»	Al sig. Borri Livio (Modena).
»	»	»	Al sig. Malaguti Gaetano (Modena).
»	»	»	Al sig. Roversi Gaetano (Modena).
»	»	»	Al sig. Vecchi Luigi (Modena).
6	dicembre	»	Al sig. Nicastro Federico (Roma).
16	»	»	Al sig. Passarini Giovanni (Fidenza).
»	»		Al sig. Del Gaudio Manlio *(Italia).*
»	»		Al sig. Annunziata Francesco (Matera).
20	»	»	Al sig. Selva Battista (Tortona).
30	»	»	Al sig. Rebellato Vittorio (Padova).
10	gennaio	1968.	Al sig. Pantanelli Luigi (Pesaro).
27	»	»	Al sig. von Krosigk Dedo *(Germania).*
»	»	»	Al Conte von Wartenburg Alessandro York *(Germania).*

Il Cavalierato dell-Ordine di san Silvestro Papa:

10	dicembre	1966;	Al	sig. Welsch Giovanni (München und Freising).
8	maggio	1967.	Al	sig. Kufferath Giuseppe (Köln).
8	gingno	»	Al	sig. Nellessen Guglielmo (Köln).
2	agosto	»	Al	sig. Van Etten Giovanni Cornelio ('s-Hertogenbosch).
18	»	»	Al	sig. van den Dobbelsteen Antonio Giovanni Cornelio ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al	sig. Antoni Giuseppe Giacomo Gerardo (Haarlem).
»		»	Al	sig. Appel Guglielmo (Haarlem).
»	»	»	Al	sig. Adem Fares (Libano).
14	settembre	»	Al	sig. De Guzman y Cruz Marco (Jolo).
29	»	»	Al	sig. Steverlynck Baldovino (Brugge).
9	ottobre	»	Al	sig. Hendriksen Ermanno E. (Utrecht).
13	»	»	Al	sig. van Wersch Giuseppe H. (Roermond).
20			Al	sig. Ammerlaan Arnoldo A. (Rotterdam).
3	novembre		Al	sig. Amado Armando (Guatemala).
»	»	»	Al	sig. Falla Colino Salvatore (Guatemala).
»	»	»	Al	sig. Ordoñez Gesù Maria (Guatemala).
»	»		Al	sig. Pérez Galliano Arturo (Guatemala).
»	»	»	Al	sig. Maier Teodoro (Limburg).
7	»	»	Al	sig. Fanti Lino (Ravenna).
16	»	»	Al	sig. Pinci Carlo (Roma).
23	»	»	Al	sig. Vermeire Romano (Brugge).
»		»	Al	sig. Bruyninckx Alberto (Malines-Bruxelles).
»	»		Al	sig. Craninx Giuseppe (Malines-Bruxelles).
			Al	sig. Vercaeren Camiel (Malines-Bruxelles).
27	»		Al	sig. Jensen Francesco (Meissen).
»	»	»	Al	sig. Trexler Giorgio (Meissen).
6	dicembre	»	Al	sig. Borgherhoff Luciano Matteo Teodoro (Malines-Bruxelles).
16		»	Al	sig. Caleffi Giuseppe (Carpi).
		»	Al	sig. Puglia Dante (Carpi).
»	»	»	Al	sig. Vercellino Pietro (Ivrea).
29		»	Al	sig. Pasculli Domenico (Roma).
30	»	»	Al	sig. Della Santa Luigi (Fano).
»	»		Al	sig. Busco Luigi (Frascati).
		»	Al	sig. Stefano Pietro (Frascati).
»	»	»	Al	sig. Tosi Franco (Frascati).
10	gennaio	1968.	Al	sig. F uzzi Primo (Pesaro).
»	»	»	Al	sig. Giorgi Denis (Pesaro).

NECROLOGIO

12	luglio	1968.	L'Emo Signor Card. Morano Francesco, Diacono dei Ss. Cosma e Damiano.
»	»	»	Mons. Turcios y Barahona José de la Cruz, Arcivescovo tit. di Nisibi.
22	»	»	Mons. Lane Loras Thomas, Vescovo di Rockford.

An. et vol. LX   30 Septembris 1968   N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes, ad Clerum et Christifideles totius Catholici Orbis itemque ad universos bonae voluntatis homines datae: de propagatione humanae prolis recte ordinanda.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. HUMANAE VITAE tradendae munus gravissimum, ex quo coniuges liberam et consciam Deo Creatori tribuunt operam, magnis semper ipsos afïecit gaudiis, quae tamen aliquando non paucae difficultates et angustiae sunt secutae.

Quod munus sustinere si omni tempore coniugum conscientiae arduas facessivit quaestiones, at recens humanae societatis cursus eiusmodi mutationes invexit, ut novae quaestiones sint exortae, quas Ecclesiae ignorare non liceat, utpote quae cum rebus conectantur, tantopere ad hominum vitam et felicitatem pertinentibus.

I

2. Re enim vera inductae mutationes et magni momenti et varii generis sunt. Agitur in primis de aucto celeriter natorum numero, ob quem extimescunt plures, ne mundi homi-

num multitudines celerius crescant quam vitae opes, quae praesto sint, admittant, atque adeo tot familiae totque populi, ad progressum nitentes, etiam maioribus incommodis exinde angantur. Qua ex re ita sollicitari publicae Auctoritates facile possint, ut huiusmodi periculum vel acrioribus rationibus propulsare velint. Accedit quod, non tantum operarum et habitationum condiciones, sed etiam increbrescentes necessitates sive in re oeconomica sive in erudienda docendaque iuventute id genus vitae statum praestant, in quo saepe onerosum sit hodie grandiori liberorum numero apte consulere.

Id quoque notatur, quodammodo mutatum esse sensum, praeterquam de mulieris persona deque eius munere in hominum societate, etiam de amoris coniugum pretio in matrimonio, deque actibus coniugum iudicandis, si hunc amorem spectemus.

Denique illud praesertim animadvertendum est, hominem tam mirifice profecisse in naturae viribus cum moderandis tum ad rationem scite componendis, ut hanc moderationem ad totam suam vitam proferre conetur : hoc est, ad suum corpus, ad sui animi vires, ad vitam socialem, ad ipsasque leges propagationem vitae regentes.

3. Ex quo rerum statu novae se erumpunt quaestiones. An, ratione habita sive vitae condicionum, quae nunc sunt, sive significationis, quam maritales amplexus quoad concordiam mutuamque fidelitatem coniugum habent, normas morales, quae hodie obtinent, recognoscere non conveniat, si praesertim reputetur, eas nonnisi per gravia incommoda, aliquando fortissimis viris digna, servari posse.

An praeterea, principio totalitatis, quod appellant, in hac re adhibito, non liceat arbitran consilium fecunditatis minus uberis, sed magis rationi consentaneae, posse actum, physice sterilitatem afferentem, in licitam providamque gignendae prolis moderationem vertere. An videlicet fas non sit opinari finem procreandae prolis potius ad totam coniugum vitam,

quam ad singulos quosque eius actus pertinere. Quaerunt insuper num, ob suorum officiorum conscientiam, qua hodie magis homines fruuntur, tempus iam ipsis advenerit, quo tradendae vitae munus potius rationi et voluntati suae, quam certis sui corporis vicibus, sit tribuendum.

4. Cuius certe generis quaestiones ab Ecclesiae Magisterio novam eamque altiorem considerationem postulabant circa principia moralis doctrinae de matrimonio, quae in lege naturali, divina Revelatione illustrata ditataque, nititur.

Nemo sane christifidelium eat infitias, ad Ecclesiae Magisterium interpretationem legis moralis naturalis spectare. Haud namque dubium est — ut saepenumero Decessores Nostri pronuntiaverunt[1] — Christum Iesum, cum Petrum ceterosque Apostolos divinae potestatis suae participavisset, eosque ad omnes gentes praeceptis suis docendas misisset,[2] illos ipsos totius de moribus legis certos custodes interpretesque instituisse : hoc est, non solius legis evangelicae, sed etiam naturalis. Nam naturalis quoque lex voluntatem Dei declarat, cuius utique fidelis obtemperatio ad aeternam salutem est hominibus necessaria.[3]

Hoc autem mandatum Ecclesia persécuta, omni tempore, sed recentiore aetate copiosius, sive de matrimonii natura, sive de recto coniugum iurium usu, sive de ipsorum officiis congrua dedit documenta.[4]

[1] Cfr. Pii IX, Litt. Enc. *Qui pluribus : Pii IX P. M. Acta, 1,* pp. 9-10; S. Ri X, Litt. Enc. *Singulari quadam: A. A. S.* IV (1912) p. 658; Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii: A. A. S.* XXII (1930) pp. 579-581; Pii XII, Alloc. *Magnificate Dominum,* ad Episcopos totius catholici orbis: *A. A. S.* XLVI (1954) pp. 671-672; Ioannis XXIII, Litt Enc. *Mater et Magistra : A. A. S.* LUI (1961) p. 457.

[2] Cfr. *Matth.* 28, 18-19.

[3] Cfr. *Matth.* 7, 21.

[4] Cfr. Cateen. Rom. Conc. Trid., p. II, c. VIII; Leonis XIII, Litt. Enc. *Arcanum: Acta Leonis XIII,* II (1880) pp. 26-29; Pii XI, Litt. Enc. *Divini Illius Magistri: A. A. S.* XXII (1930) pp. 58-61; Litt. Enc. *Casti Connubii: A. A. S.* XXII (1930) pp. 545-546; Pii XII, Alloc, ad Societatem Italicam Medico-biologica m a S. Luca: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII,* VI, pp. 191-192; Alloc, iis quae interfuerunt Conventui Socie-

5. Eiusdem vero muneris conscientia ducti, Coetum, a Decessore Nostro ven. rec. Ioanne XXIII mense Martio anni MDCCCCLXIII constitutum, probavimus atque amplificavimus, qui praeter multos viros, disciplinarum ad hanc rem attinentium studiosos, paria etiam coniugum complectebatur. Hic autem Coetus non eo solum spectabat, ut consilia sententiasque exquireret circa quaestiones, vitam coniugalem in primisque rectam progignendae prolis temperationem attingentes, sed exquisita insuper opportune referret, ut Ecclesiae Magisterium exspectationi, qua de hac re et christifideles et ceteri mundi homines tenerentur, apte responderet.[5]

Quibus peritorum investigationibus acceptis, atque sententiis consiliisque a non paucis Fratribus Nostris in Episcopatu partim ad Nos sponte missis, partim a Nobis rogatis, licuit Nobis omnes multiplicis argumenti partes diligentius perpendere. Quam ob causam universis gratissimum animum Nostrum profitemur.

6. Attamen conclusiones, ad quas Coetus pervenerat, a Nobis tales existimari non poterant, quae vim iudicii certi ac definiti prae se ferrent, quaeque Nos officio liberarent, tam gravis momenti quaestionem per Nosmetipsos consideratione expendendi; his vel etiam de causis, quod in Coetu plena sententiarum consensio de normis moralibus proponendis afuerat, quodque praesertim quaedam quaestionis dissolvendae viae rationesque exstiterant, a doctrina morali de matrimonio, a Magisterio Ecclesiae firma constantia proposita, discedentes.

tatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 835-854; ad Conventum Societatis, quam *Fronte della Famiglia appellant,* et ad Consociationem familiarum fecundarum: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 857-859; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735; Ioannis XXIII, Litt. Enc *Mater et Magistra: A. A. S.* LUI (1961) pp. 446-447; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* nn. 47-52: *A. A. S.* LVIII (1966) pp. 1067-1074; *Codex Iuris Canonici,* cc. 1067; 1068, §1; 1076, §§ 1-2.

[5] Cfr. Pauli VI, Alloc, ad sacrum Cardinalium Collegium: *A. A. S.* LVI (1964) p. 588; ad Coetum cognoscentium quaestiones de multitudine, de familia deque nativitate: *A. A. S.* LVII (1965) p. 388; ad Conventum Societatis Italicae de Obstetricia deque Gynecologia: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1168.

Quare, actis ad Nos missis accurate expensis, re diligentissime mente animoque excussa, assiduisque Deo admotis precibus, vi mandati, Nobis a Christo commissi, nunc gravibus huius generis quaestionibus responsum dare censemus.

II

7. De propaganda prole quaestio, non secus atque quaelibet quaestio humanam vitam attingens, ultra particulares alias eiusdem generis rationes — cuiusmodi eae sunt, quae biologicae aut psychologicae, demographicae aut sociologicae appellantur — ita circumspicienda est, ut totum hominem, totumque, ad quod is vocatus est, munus complectatur, quod non tantum ad naturalia et terrena, sed etiam ad supernaturalia et aeterna pertinet. Quoniamque, qui multi artificiosas vias defendere conantur, quibus liberorum numerus coerceatur, iidem sive coniugalis amoris, sive paternitatis sui officii consciae requisita praetexunt, necesse idcirco est, duo haec gravia vitae matrimonialis elementa accurate definire atque illustrare. Quod sane facturi sumus, ea praecipue in memoriam redigentes, quae recens hac de re Concilium Vaticanum II, Constitutione pastorali edita a verbis *Gaudium et spes* incipiente, summa auctoritate exposuit.

8. Iamvero coniugalis amor tunc nobis maxime veram suam naturam nobilitatemque ostendet, si illum, quasi a supremo quodam fonte, a Deo manare cogitaverimus, qui *Caritas est,*[6] quique Pater est, *ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.*[7]

Tantum igitur abest, ut matrimonium e casu quodam vel e caeco naturalium virium cursu nascatur, ut reapse illud sapienter providenterque Creator Deus ea mente instituent, ut in hominibus suum amoris consilium efficeret. Quocirca per

[6] **Cfr. *1 Io.* 4, 8.**

[7] ***Eph.* 3, 15.**

mutuam sui donationem, quae ipsorum propria est et exclusoria, coniuges illam persequuntur personarum communionem, qua se invicem perficiant, ut ad novorum viventium procreationem et educationem cum Deo operam socient.

Sacro autem baptismate ablutis, matrimonium eiusmodi praeditum est dignitate, ut gratiae sacramentale signum exsistat, cum Christi et Ecclesiae coniunctionem designet.

9. Quibus rebus in sua luce positis, perspicue et notae et necessitates coniugalis amoris propriae patent, quas maximi est ponderis iustis aestimare momentis.

Est ante omnia amor plane *humanus,* hoc est sensibilis et spiritualis. Quare non agitur solum de mero vel naturae vel affectuum impetu, sed etiam ac praesertim de liberae voluntatis actu, eo scilicet tendente, ut per cotidianae vitae gaudia et dolores non modo perseveret, sed praeterea augeatur; ita nimirum ut coniuges veluti cor unum et anima una fiant, suamque humanam perfectionem una simul adipiscantur.

Agitur deinde de amore *pleno,* id est de peculiari illa personalis amicitiae forma, in qua coniuges omnia magno animo inter se partiuntur, neque iniustas exceptiones admittunt, vel suis dumtaxat commodis student. Qui coniugem suum re vera amat, eum profecto non tantum ob id quod ab eo accipit, sed propter eum ipsum amat; idque libens facit, ut eum dono sui ditet.

Ad hoc, coniugalis amor et *fidelis* et *exclusorius* est, usque ad vitae extremum; qualem scilicet sponsus et sponsa eo die cogitatione comprehenderunt, quo liberi planeque conscii matrimoniali se vinculo devinxerunt. Quae coniugum fidelitas etsi interdum habeat difficultates, nemini tamen asseverare licet, eam non esse possibilem, cum contra quovis tempore nobilis sit mentisque über. Posita enim volventibus saeculis a tot coniugibus exempla non tantum probant, eam esse matrimonii naturae consentaneam, sed insuper ex ea, veluti e fonte, intimam diuturnamque felicitatem fluere.

Hic denique amor *fecundus* est, quippe qui non totus in

coniugum communione contineatur, sed eo etiam spectet ut pergat, novasque exsuscitet vitas. *Matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinantur. Filii sane sunt praestantissimum matrimonii donum, et ad ipsorum parentum bonum maxime conferunt?*

10. Quas ob causas amor coniugum ab ipsis exigit, ut munus suum probe noverint, paternitatem consciam attingens, quae, cum hodie optimo iure tantopere urgeatur, est idcirco recte intellegenda. Quapropter variis legitimisque rationibus inter se conexis ea consideretur oportet.

Si primum biológicos processus reputamus, paternitas conscia significat cognitionem et observantiam munerum, ad eos attinentium ; quoniam humana ratio in facultate vitae procreandae biologicas deprehendit leges, quae ad humanam personam pertinent.[9]

Si deinde ad impulsus innatos et ad animi affectus spectamus, paternitas conscia necessariam declarat dominationem, quam ratio et voluntas in eosdem exerceant necesse est.

Si postea ad condiciones physicas, oeconomicas, psychologicas et sociales respicimus, ii paternitate conscia fungi dicendi sunt, qui aut, prudenti consideratione magnoque animo ducti, statuunt numerosiores suscipere liberos, aut, seriis causis moralibusque praeceptis observatis, animum inducunt ut, vel ad certum vel ad incertum tempus, alium filium non gignant.

Porro ea, de qua loquimur, conscia paternitas praecipue aliam eamque intimam secum fert rationem, pertinentem ad ordinem moralem, quem obiectivum vocant, a Deoque statutum, cuius recta conscientia est vera interpres. Quapropter paternitatis consciae munus id postulat, ut coniuges sua officia erga Deum, erga seipsos, erga familiam, erga humanam societatem agnoscant, rerum bonorumque ordine recte servato.

[8] **Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 50: *A. A. S. LVIII* (1966) pp. 1070-1072.**

[9] **Cfr. S. Thom., *Sum. Theol.* I-II, q. 94, a. 2.**

Ex quo fit, ut in tradendae vitae munere iis integrum non sit, se arbitratu suo gerere, quasi ipsis liceat vias honestas, quas sequantur, modo omnino proprio ac libero definire; cum, contra, opera sua ad consilium Dei Creatoris accommodare teneantur, quod hinc ipsa matrimonii eiusque actuum natura exprimit, hinc constans Ecclesiae doctrina declarat.[10]

11. Hi actus, quibus coniuges intime et caste copulantur, et per quos vita humana propagatur, quemadmodum recens Concilium admonuit, *honesti ac digni sunt;*[11] iidemque legitimi esse non desinunt, etsi infecundi praevideantur propter causas a coniugum voluntate nequaquam manantes, cum non cesset eorum destinatio ad coniugum coniunctionem significandam roborandamque. Revera, ut usu noscitur, non ex unaquaque coniugali congressione nova exoritur vita. Deus enim naturales leges ac tempora fecunditatis ita sapienter disposuit, ut eadem iam per se ipsa generationes subsequentes Intervallen!. Verumtamen Ecclesia, dum homines commonet de observandis praeceptis legis naturalis, quam constanti sua doctrina interpretatur, id docet necessarium esse, ut *quilibet matrimonii usus* ad vitam humanam procreandam per se destinatus permaneat.[12]

12. Huiusmodi doctrina, quae ab Ecclesiae Magisterio saepe exposita est, in nexu indissolubili nititur, a Deo statuto, quem homini sua sponte infringere non licet, inter significationem unitatis et significationem procreationis, quae ambae in actu coniugali insunt.

Etenim propter intimam suam rationem, coniugii actus, dum maritum et uxorem artissimo sociat vinculo, eos idoneos

[10] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* nn. 50-51: *A. A. S.* LVIII (1960) pp. 1070-1073.**

[11] **Cfr. ibid., n. 49: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1070.**

[12] **Cfr. Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii: A. A. S.* XXII (1930) p. 560; Pii XII, Alloc, iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 843.**

etiam facit ad novam vitam gignendam, secundum leges in ipsa viri et mulieris natura inscriptas. Quodsi utraque eiusmodi essentialis ratio, unitatis videlicet et procreationis, servatur, usus matrimonii sensum mutui verique amoris suumque ordinem ad celsissimum paternitatis munus omnino retinet, ad quod homo vocatur. Putamus nostrae aetatis homines aptissimus esse ad perspiciendum, quam haec doctrina sit humanae rationi consentanea.

13. Homines enim merito animadvertunt, usum matrimonii alteri coniugi impositum, nulla ratione habita eius status eiusque iustorum optatorum, non esse verum actum amoris, atque adeo iis adversari rebus, quas circa necessitudines inter coniuges moralis recte postulat ordo. Pariter, si rem considerent, fateantur oportet, actum amoris mutui, qui facultati vitam propagandi detrimento sit, quam Deus omnium Creator secundum peculiares leges in ea insculpsit, refragari tum divino consilio, ad cuius normam coniugium constitutum est, tum voluntati primi vitae humanae Auctoris. Quapropter cum quis dono Dei utitur, tollens, licet solum ex parte, significationem et finem doni ipsius, sive viri sive mulieris naturae repugnat eorumque intimae necessitudini, ac propterea etiam Dei consilio sanctaeque eius voluntati obnititur. Qui vero amoris coniugalis dono fruitur, leges conservans generationis, is non quidem dominum se confitetur fontium vitae, sed potius ministrum consilii a Creatore initi. Sicut enim homo, in universum, corporis sui non habet infinitam potestatem, ita etiam, et sane peculiari ratione, ne genitalium quidem virium qua talium, quoniam hae suapte natura ad vitam humanam progignendam spectant, cuius Deus principium est. *Etenim hominum vita pro sacra re est omnibus ducenda* — commonebat Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII — *quippe quae, inde a suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet.*[13]

[13] Litt. Enc. *Mater et Magistra: A. A. S.* LUI (1961) p. 447.

14. Quare primariis hisce principiis humanae et christianae doctrinae de matrimonio nixi, iterum debemus edicere, omnino respuendam esse, ut legitimum modum numeri liberorum temperandi, directam generationis iam coeptae interruptionem, ac praesertim abortum directum, quamvis curationis causa factum.[14]

Pariter, sicut Ecclesiae Magisterium pluries docuit, damnandum est seu viros seu mulieres directo sterilitate, vel perpetuo vel ad tempus, afficere.[15]

Item quivis respuendus est actus, qui, cum coniugale commercium vel praevidetur vel efficitur vel ad suos naturales exitus ducit, id tamquam finem obtinendum aut viam adhibendam intendat, ut procreatio impediatur.[16]

Neque vero, ad eos coniugales actus comprobandos ex industria fecunditate privatos, haec argumenta ut valida afferre licet: nempe, id malum eligendum esse, quod minus grave videatur; insuper eosdem actus in unum quoddam coalescere cum actibus fecundis iam antea positis vel postea ponendis, atque adeo horum unam atque parem moralem bonitatem participare. Verum enimvero, si malum morale tolerare, quod minus grave sit, interdum licet, ut aliquod maius vitetur ma-

[14] Cfr. *Catech. Rom. Conc. Trid.*, p. II, e. VIII; Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii: A. A. S.* XXII (1930) pp. 562-564; Pii XII, Alloc, ad Societatem Italicam medico-biologicam a S. Luca: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII,* VI, pp. 191-192; iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 842-843; iis qui interfuerunt Conventui Societatis, quam *Fronte della Famiglia* appellant, et ad Consociationem Familiarum Fecundarum: *A. A. S.* XLIII (1961) pp. 857-859; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Pacem in terris: A. A. S.* LV (1963) pp. 259-260; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 51: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1072.

[15] Cfr. Pii XI, Litt Enc. *Casti Connubii: A. A. S.* XXII (1930) p. 565; Decr. S. Off. datum die 22 m. Febr. a. 1940: *A. A. S.* XXXII (1940) p. 73; Pii XII, Alloc, iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 843-844; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735.

[16] Cfr. Catech. Eom. Conc. Trid., p. II, c. VIII; Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii:* A. A. S. XXII (1930) pp. 559-561; Pii XII, Alloc, iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 843; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologiae. *A. S.* L (1958) pp. 734-735; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra: A. A. S.* LUI (1961) p. 447.

lum vel aliquod praestantius bonum promoveatur,[17] numquam tamen licet, ne ob gravissimas quidem causas, facere mala ut eveniant bona[18]: videlicet in id voluntatem conferre, quod ex propria natura moralem ordinem transgrediatur, atque idcirco homine indignum sit iudicandum, quamvis eo consilio fiat, ut singulorum hominum, domesticorum convictuum, aut humanae societatis bona defendantur vel provehantur. Quapropter erret omnino, qui arbitretur coniugalem actum, sua fecunditate ex industria destitutum, ideoque intrinsece inhonestum, fecundis totius coniugum vitae congressionibus comprobari posse.

15. Ecclesia autem illas medendi rationes haud illicitas existimat, quae ad morbos corporis curandos necessariae sunt, etiamsi exinde oriatur procreationis impedimentum, licet praevisum, dummodo ne hoc impedimentum ob quamlibet rationem directo intendatur.[19]

16. Attamen, contra huiusmodi Ecclesiae doctrinam de coniugii moribus dirigendis, quidam nostris temporibus opponunt, ut supra animadvertimus (n. 3), rationi humanae ius ac munus esse, eas, quas irrationalis natura ipsi praebuerit, vires temperare easque referre ad assequendum finem hominis bono convenientem. Nunc enim nonnulli quaerunt: ad rem quod attinet, nonne rationi consentaneum est, in tot rerum adiunctis prolis generationem artificiose temperare, si hoc agendi modo familiae tranquillitati atque concordiae melius consulatur, et filiorum, qui iam nati sint, educandorum magis idoneae condiciones parentur? Huic quaestioni clare respondere oportet: scilicet Ecclesiam ante omnes primam esse in

[17] **Cfr. Pii XII, Alloc, iis qui interfuerunt V Conventui nationali Italico Societatis Iurisconsultorum catholicorum: *A. A. 8.* XLV (1953) pp. 798-799.**

[18] **Cfr. *Rom.* 3, 8.**

[19] **Cfr. Pii XII, Alloc, iis qui interfuerunt XXVI Conventui a Sodalitate Italica de Urologia indicto: *A. A. 8.* XLV (1953) pp. 674-675; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologiae. *A. S.* L (1958) pp. 734-735.**

laudando atque commendando humani intellectus usu in opere, quod hominem, ratione praeditum, tam arte cum Creatore suo consociat; at ipsam affirmare, id peragendum esse, servato rerum ordine a Deo statuto.

Si igitur iustae adsint causae generationes subsequentes intervallandi, quae a coniugum corporis vel animi condicionibus, aut ab externis rerum adiunctis proficiscantur, Ecclesia docet, tunc licere coniugibus sequi vices naturales, generandi facultatibus immanentes, in maritali commercio habendo iis dumtaxat temporibus, quae conceptione vacent, atque adeo nasciturae proli ita consulere, ut morum doctrina, quam modo exposuimus, haudquaquam laedatur.[20]

Ecclesia sibi suaeque doctrinae constat, sive cum iudicat, coniugibus licere rationem habere temporum, quae fecunditate careant, sive cum usum earum rerum ut semper illicitum improbat, quae conceptioni directo officiant, etiamsi haec altera agendi ratio argumenta repetat, quae honesta et gravia videantur. Etenim hae duae causae inter se maxime discrepant: in priore, coniuges legitime facultate utuntur, sibi a natura data; in altera vero, iidem impediunt, quominus generationis ordo suos habeat naturae processus. Si infitiandum non est, coniuges in utroque casu mutua certaque consensione prolem ob probabiles rationes vitare velle, atque pro explorato habere liberos minime esse nasciturus, attamen fatendum pariter est, in priore tantum casu fieri, ut ipsi coniuges se a maritali amplexu temporibus fecunditatem invehentibus abstinere valeant, quotiescumque ob iustas rationes liberorum procreatio optanda non sit; cum autem tempora conceptibus non apta redierint, fieri ut ipsi utantur commercio ad mutuum testandum amorem atque ad promissam sibi fidem servandam. Iidem sane, haec agentes, vere et omnino recti amoris testimonium praebent.

[20] **Cfr. Pii XII, Alloc, iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices:** *A. A. S.* **XLIII (1951) p. 846.**

17. Probi homines satius, etiam sibi persuaden possunt de veritate doctrinae, quam Ecclesia hac in re proponit, si mentem convertant ad ea, quae secutura sunt vias rationesque, ad natorum incrementa artificio coercenda adhibitas. In primis secum recogitent, quam lata et quam facilis via hac agendi ratione patefieri possit, sive ad coniugum infidelitatem, sive ad morum disciplinam passim enervandam. Neque diuturnus rerum usus necessarius est, ut quis compertam habeat humanam infirmitatem, atque intellegat, homines — ac praesertim iuvenes, cupiditatibus tam obnoxios — incitamentis indigere ad moralem legem servandam, ac nefas esse iisdem facilem praebere viam ad legem ipsam violandam. Id etiam reformidandum est, ne viri, hisce usibus conceptioni officientibus iam assueti, mulierum reverentiam obliviscantur, earumque corporis animique aequilibritate posthabita, easdem quoddam reddant instrumentum suae ipsorum cupiditati inserviens, nec iam eas ut consortes existiment, quas observantia et amore prosequi debeant.

Denique diligenter perpendatur, quam periculosa potestas hoc modo iis publicae rei Moderatoribus concedatur, qui de legis moralis praeceptis minime sint solliciti. Numquis reprehendat supremos Civitatis Moderatores, qui ad totius suae Nationis componendas difficultates id usurpent, quod coniugibus tamquam licitum agnoscatur ad quandam familiae difficultatem dissolvendam? Quis prohibeat, quominus publicae Auctoritates viis concipiendae proli contrariis faveant, quas efficaciores esse duxerint, immo eas omnibus adhibendas praecipiat, quotiescumque id necessarium reputaverint? Ita sane fiat, ut homines, cum divinae legi insitas difficultates vitare percupiant, quas singuli, vel familiae, vel socialis convictus experiantur, publicarum Auctoritatum arbitrio potestatem permittant, sese in coniugum maxime proprium et intimum munus interponendi.

Quare, nisi velimus ut procreandae vitae officium hominum

arbitratili concedatur, necessario aliquos fines, quos ultra progredi non liceat, agnoscamus oportet illi potestati, quam homo in proprium corpus in eiusque naturalia munera habere potest; fines, dicimus, quas nemini, sive privato sive publica auctoritate praedito, violare licet. Qui limites non aliam ob causam statuuntur, quam ob reverentiam, quae toti humano corpori eiusque naturalibus muneribus debetur, secundum principia, quae supra memoravimus, et rectam intellegentiam principii totalitatis, ut aiunt, quod Decessor Noster v. m. Pius XII illustravit.[21]

18. Praevideri potest, non omnes fortasse traditam huiusmodi doctrinam facile accepturos esse, cum nimis multae obstrepant voces, quae, recentioribus divulgationis instrumentis auctae, ab Ecclesiae voce discrepent. Ecclesia autem, cui mirum non est, se, haud secus ac divinum Conditorem suum, positam esse *in signum cui contradicetur*,[22] non idcirco iniunctum sibi praetermittit officium, totam legem moralem, cum naturalem tum evangelicam, humiliter ac firmiter praedicandi.

Cum Ecclesia utramque hanc legem non condiderit, eiusdem non arbitra, sed tantummodo custos atque interpres esse potest, eique numquam fas erit licitum declarare, quod revera illicitum est, cum id suapte natura germano hominis bono semper repugnet.

Dum moralem coniugii legem integram servat, Ecclesia probe novit se adiutricem operam conferre ad verum civilem cultum inter homines instaurandum; ac praeterea hominem incitat, ne se officiis suis abdicet, technicis artibus sese committens; quo fit, ut ipsa coniugum dignitatem in tuto ponat. Hac agendi ratione Ecclesia, Divini Salvatoris exemplo et doctrinae inhaerens, ostendit se sincero generosoque amore prosequi homines,

[21] **Cfr. Alloc, iis qui interfuerunt XXVI Conventui a Sodalitate Italica de Urologia indicto: *A. A. S.* XLV (1953) pp. 674-675; Moderatoribus ac Sociis Sodalitatis Italicae oblatorum «corneae» et Unionis Italicae Caecorum: *A. A. S.* XLVIII (1956) pp. 461-462.**

[22] ***Lc.* 2, 34.**

quos inde ab hoc terrestri itinere iuvare contendit, *ut non secus atque filii vitam Dei viventis, omnium hominum Patris, participent.*[23]

III

19. Verba autem haec Nostra haud plane Ecclesiae, omnium gentium Matris ac Magistrae, cogitationes et sollicitudines exprimerent, nisi homines, antea ad Dei legem de coniugio servandam colendamque incitatos, in liberorum numero honeste ordinando etiam sustinerent inter ipsas ásperas vitae condiciones, quibus domestici convictus ac nationes nostro hoc tempore premuntur. Ecclesia enim erga homines non aliter ac Divinus Redemptor se gerere potest: scilicet eorum infirmitatem cognoscit, miseratur turbas, peccatores excipit; facere autem non potest, quin legem doceat, quae reapse propria est vitae humanae ad suam germanam veritatem restitutae, atque a Dei Spiritu actae.[24]

20. Ecclesiae doctrina de liberorum incremento recte ordinando, quae legem divinam ipsam promulgat, sine dubio multis talis videbitur, ut nonnisi difficulter, immo etiam nullo modo servari possit. At revera, sicut bona omnia quae sua nobilitate et utilitate praestant, haec lex a singulis hominibus, a familiis et ab hominum consortione firma proposita multosque labores postulat. Immo eadem servari nequit nisi opitulante Dei gratia, qua bona hominum voluntas fulcitur ac roboratur. Iis autem, qui rem diligenter perpendant, labores illi profecto videbuntur hominum dignitatem augere et humanae societati beneficia conferre.

21. Recta autem et honesta nasciturae prolis ordinatio id primum a coniugibus postulat, ut vera vitae familiaeque bona penitus agnoscant et existiment, itemque sibi ac suis motibus

[23] **Cfr. Pauli VI, Litt. Enc. *Populorum progressio: A. A. 8.* LIX (1967) p. 268.**
[24] **Cfr. *Rom.* 8.**

perfecte moderari consuescant. Nihil profecto est dubii, quin naturae impetibus, rationis liberaeque voluntatis ope, imperare asceseos sit opus, ut nempe amoris significationes, coniugalis vitae propriae, cum recto ordine congruant; quod praesertim ad usum continentiae, certis temporis intervallis servandae, requiritur. Verum huiusmodi disciplina, unde coniugum castimonia elucet, adeo eorum amori non obest, ut maiore eundem humanitatis sensu perfundat. Quodsi huiusmodi disciplina assiduam virium intentionem exigit, salutari tamen eius virtute coniuges seipsos plene excolunt spiritualibusque bonis ditantur : ea enim domestico convictui amplos tranquillitatis ac pacis fructus affert, atque solvendis alius generis difficultatibus prodest; ea alterius coniugis curam et observantiam erga alterum fovet; coniuges in immodico sui amore depellendo, qui germanae repugnat caritati, adiuvat; eosdemque ad conscientiam munerum exsequendorum erigit. Ea denique parentibus intimam et efficaciorem auctoritatem ad liberos educandos confert, dum pueri et iuvenes, aetate procedentes, vera hominis bona congruenter putant, et mentis sensuumque vires placide et apte exercent.

22. Hanc vero nacti opportunitatem, educatores, eosque omnes, quorum ius et officium est communi humanae consortionis bono prospicere, commonere volumus de necessitate eum rerum statum inducendi, qui colendae castitati faveat, ut scilicet germana libertas licentiam vinoat, moralis ordinis normis plane servatis.

Quidquid ergo hodie in socialis, ut aiunt, communicationis instrumentis sensus commovet dissolutosque mores alit, pariterque quaevis scribendi obscenitas turpiumque spectaculorum forma palam atque uno ore iis omnibus improbanda sunt viris, qui tum civilis cultus provehendi, tum praecipuorum animi bonorum tuendorum sollicitudine tenentur. Perperam enim huiusmodi pravitates quis probare conetur, causas

ex artibus doctrinisque quaerens,[25] vel argumenta sumens ex libertate, quam forte hac in provincia publicae Auctoritates permittant.

23. Ita igitur Nationum Rectores alioqui placet, quippe quibus potissimum onus boni communis tutandi iniunctum sit, liceatque tantopere ad bonos tuendos mores conferre: ne umquam patiantur honestos corruere mores suorum populorum; prohibeant omnino, ne per leges in familiam, quae primaria est particula Civitatis, ii usus incedant, qui naturali et divinae legi adversentur. Alia enim via civilis Auctoritas quaestionem de multitudinis incremento dissolvere et potest et debet : videlicet providas familiis leges ferendo populosque tam sapienter educando, ut sive morum lex sive civium libertas in tuto collocentur.

Equidem probe novimus, quantum haec causa difficultatis afferat publicae rei Moderatoribus, in iis praesertim Civitatibus quae ad progressum nituntur. Atque Nos, iustas, quibus afficiuntur, curas perspicientes, Encyclicas Litteras edidimus, quibus *Populorum Progressio* est index. Sed nunc una cum Decessore Nostro ven. rec. Ioanne XXIII haec verba iteramus: *eas quaestiones ... dissolvi oportere, ut neque vias homo neque rationes sequatur, a sua dignitate aver sas; quales ii tradere non verentur, qui hominem ipsum eiusque vitam ad materiam omni ex parte referendos esse opinantur. Hanc quaestionem sic tantummodo dissolvi posse censemus, si rerum oeconomicarum et socialium progressiones cum singulorum civium tum universae humanae societatis servent et augeant veri nominis bona.*[26] Neque profecto sine gravi iniuria fiat, si divinae Providentiae id tribuatur, quod, contra, proficisci videtur a minus sapienti reipublicae gubernandae ratione, vel a tenuiore quodam socialis iustitiae sensu, vel a bonorum copia sui commodi causa congesta, vel denique a socordi neglegentia in

[25] **Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Inter mirifica,* nn. 6-7: *A. A. 8.* LVI (1964) p. 147.**

[26] **Litt. Enc. *Mater et Magistra: A. A. S.* LUI (1961) p. 447.**

laboribus oneribusque suscipiendis, quibus populus omnesque eius filii ad amplius vivendi genus evehantur.[27] Utinam universae Auctoritates, quas penes res est — quemadmodum earum quaedam tam egregie iam faciunt — incepta ac nisus excitatis viribus renovent! Neque remittat studium mutua communicandi auxilia inter omnes magnae hominum familiae partes: hanc prope infinitam provinciam patere putamus, in qua maxima Instituta, ad plures nationes pertinentia, suam operam ponant.

24. Nunc autem Nostrae cohortationis verbis viros scientiarum studiosos prosequi libet, qui *multum bono matrimonii et familiae, pacique conscientiarum inservire possunt, si collatis studiis diversas condiciones, honestae ordinationi procreationis humanae faventes, penitius elucidare conentur.*[28] Id enim in primis exoptandum est — quod antea fuit Pii XII votum — ut medica ars ad honeste temperandae prolis satis certum fun^ damentum statuere valeat, quod in perspectis naturalibus vicibus consistat.[29] Ita quidem docti homines, ii praesertim qui catholico nomine censentur, sua data opera res plane se habere ostendent, ut Ecclesia docet, nempe *veram contradictionem inter divinas leges vitae transmittendae et germani amoris coniugalis fovendi adesse non posse.*™.

25. Nunc vero Nostra oratio peculiari modo ad filios Nostros convertitur, ad eos praesertim, quos Deus in matrimonii statu ad sibi serviendum vocat. Ecclesia enim, dum inviolabiles divinae legis condiciones tradit, salutem nuntiat viasque gratiae per sacramenta reserat, unde homo nova efficitur creatura, quae in caritate germanaque libertate superno sui Creatoris et

[27] Cfr. Litt. Enc. *Populorum progressio,* nn. 48-55: *A. A. 8.* LIX (1967) pp. 281-284.

[28] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 52: *A. A. 8.* LVIII (1966) p. 1074.

[29] Alloc, ad Conventum Societatis, quam *Fronte della Famiglia* appellant, et ad Consociationem Familiarum Fecundarum: *A. A. 8.* XLIII (1951) p. 859.

[30] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 51: *A. A. 8.* LVIII (1966) p. 1072.

Salvatoris consilio respondeat suaveque etiam Christi iugum sentiat.[31]

Eius igitur voci modeste obsecuti, christiani coniuges meminerint, suam vocationem ad vitam christianam, e baptismate exortam, sacramento Matrimonii amplius et explicatam et confirmatam esse. Eodem namque ipsi *roborantur et veluti consecrantur,* ut fideliter munia sua exsequantur, vocationem ad expletam sui formam perficiant, christianumque testimonium, ut eos addecet, coram mundo edant.[32] Tale enim munus Dominus iisdem committit, ut hominibus patefaciant illius legis sanctitatem itemque suavitatem, qua mutuus eorum amor cum adiutrice opera ab ipsis data amori Dei, humanae vitae auctoris, arte coniungitur.

Nullo sane modo hic reticere volumus difficultates, interdum graves, in quas christianorum coniugum vita incurrit : nam iis, ut unicuique nostrum, *angusta porta, et arta via est, quae ducit ad vitam.*[33] Attamen huiusce spe vitae tamquam clarissima luce eorum iter collustretur, dum forti contendunt animo, ut *sobrie et iuste et pie vivant in hoc saeculo,*[34] plane noscentes *praeterire figuram huius mundi.*[35]

Quapropter coniuges destinatos sibi labores libenter suscipiant, cum fide tum ea spe roborati, quae *non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis;*[36] assidua deinde prece divinum auxilium implorent atque praesertim e perenni Eucharistiae fonte gratiam et caritatem hauriant. Si autem peccatis adhuc retineantur, ne concidant animo, sed humiles et constantes ad Dei misericordiam confugiant, quam abunde Paenitentiae sacramentum dilargitur. Huiusmodi profecto ratione ad coniu-

[31] Cfr. *Matth.* 11, 30.

[32] Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes,* n. 48: *A. A. S.* LVIII (1966) pp. 1067-1069; Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 35: *A. A. S.* LVII (1965) pp. 40-41.

[33] *Matth.* 7, 14; cfr. *Hebr.* 12, 11.

[34] Cfr. *Tit.* 2, 12.

[35] Cfr. *1 Cor.* 7, 31.

[36] *Rom.* 5, 5.

galis vitae perfectionem pervenire poterunt, quam Apostolus his verbis exponit : *Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam (...) Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam (...) Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.*[37]

26. Eorum autem fructuum, qui maturescunt si acri animi intentione lex divina custoditur, praestantissimus sane colligitur, cum ipsi coniuges haud raro alios quoque experientiae suae participes facere cupiunt. Inde fit, ut ipsa laicorum vocationis amplitudine novum quoddam ac perinsigne apostolatus genus comprehendatur, quo pares paribus inserviunt : tum enim ipsi coniuges apostolicum pro ceteris coniugibus munus obeunt, quibus sese duces praebent. Quod profecto inter tot christiani apostolatus formas opportunissimum hodie esse videtur.[38]

27. Egregiam pariter reverentiam praestamus medicis artisque salutaris ministris, qui, in suo quisque munere exsequendo, ea quae ab ipsis praecipua christianae vocationis ratio postulat, potius quam humanam quamlibet utilitatem, servare student. Constantes igitur perseverent in proposito iis semper consiliis favendi, quae et fidei et rectae rationi adhaerescant, eoque contendant, ut iisdem in peculiari suo coetu assensionem et observantiam concilient. Praetereaque id tamquam proprium artis suae munus habeant, necessariam huiusce difficilioris provinciae doctrinam sibi plane comparare, ut nempe sententiam

[37] *Eph.* 5, 25, 28-29, 32-33.

[38] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 35 et 41: *A. A. S.* LVII (1965) pp. 40-45; Const. past. *Gaudium et spes,* nn. 48-49: *A. A. S.* LVIII (1966) pp. 1067-1070; Decr. *Apostolicam actuositatem, n.* 11: *A. A. 8.* LVIII (1966) pp. S47-S49.

exquirentibus coniugibus recta dare consilia iustamque ostendere viam possint, quae iure ac merito ab ipsis postulentur.

28. Vos autem, dilecti Filii sacerdotes, qui pro sacro, quo fungimini, munere sive singulorum hominum sive familiarum consultores ac spirituales duces agitis, magna Nos pieni fiducia compellamus. Vestrum namque praecipuumque officium est — vos praesertim alloquimur, qui moralem theologiam traditis — Ecclesiae de matrimonio doctrinam integre aperteque proponere. Vos primi in ministerio vestro perfungendo exemplum sinceri obsequii edite, quod interius exteriusque ecclesiastico Magisterio tribuendum est. Etenim nostis tali vos obsequio devinciri non potius illis de causis, quae allatae sunt, quam ob Sancti Spiritus lumen, quo praecipue Ecclesiae Pastores in explananda veritate fruuntur.[39] Neque vos fugit, summi esse momenti, ad animorum pacem populique christiani unitatem servandam, ut in re morali ita in re dogmatica, omnes Ecclesiae Magisterio parere eodemque uti sermone. Quamobrem, sollicitiora verba magni Apostoli Pauli usurpantes, toto vos pectore iterum appellamus: *Obsecro... vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi : ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata : sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententiae*

29. Porro si nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est, at idem semper cum tolerantia atque caritate coniungatur oportet, quarum ipse Redemptor, cum hominibus et colloquens et agens, exempla prodidit. Is enim, cum venisset non ad iudicandum, sed ad salvandum mundum,[41] acerbe quidem Severus in peccata, sed patiens ac misericors in peccatores fuit.

[39] Cfr. Conc Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 25: *A. A. S.* LVII (1965) pp. 29-31.

[40] *1 Cor.* 1, 10.

[41] Cfr. *Io.* 3, 17.

Suis igitur difficultatibus afflictati, coniuges in sermone et in corde sacerdotis expressam veluti imaginem vocis et amoris nostri Redemptoris inveniant.

Fiduciae autem pieni loquamini, dilecti Filii, pro certo habentes, Sanctum Dei Spiritum, dum adest Magisterio rectam proferenti doctrinam, intus corda fidelium illustrare eosque ad assentiendum invitare. Coniuges vero necessariam precandi viam edocete, apteque instituite, ut saepius magna cum fide ad Eucharistiae et Paenitentiae sacramenta accedant, neque umquam pro sua infirmitate animos demittant.

30. Sed nunc, Encyclicas hasce Litteras concludentes, ad vos, dilecti ac venerabiles in episcopali munere Fratres, quibuscum curas de spirituali bono Populi Dei artius participamus, mentem Nostram reverenter amanterque convertimus. Etenim vos omnes instanti hac petitione invitamus, ut vestris praeeuntes sacerdotibus, sacri ministerii adiutoribus, vestrisque fidelibus, omni studio nullaque mora in matrimonii tutelam in eiusque sanctitudinem asserendam incumbatis, quo magis usque coniugalis vita humanam christianamque sui perfectionem assequatur. Id vero muneris tamquam maximum opus et onus, in praesenti vobis commissum, habetote. Nam, ut plane nostis, idem munus certam pastoralis ministerii ordinationem postulat, quae ad omnes humanae industriae provincias, nempe ad res oeconomicas, bonas doctrinas, socialesque rationes pertinet : quae omnia si magis simulque progredientur, tum non solum tolerabilior, sed et facilior itemque laetior vita parentum ac liberorum in intimo familiarum sinu evadet, atque fraterna uberior caritate veraque pace tutior fiet convictus in hominum societate, sancte servato consilio, quod Deus de mundo mente concepit.

31. Vos, venerabiles Fratres, vos dilectissimi Filii, vosque omnes bonae voluntatis homines, ad grande profecto opus et educationis et progressionis atque caritatis Nos nunc advo-

camus, firmissima freti Ecclesiae doctrina, quam Petri Successor, una cum catholici episcopatus Fratribus, fideliter custodit atque interpretatur. Quod magnum revera opus, ut persuasissimum Nobis habemus, tum mundi tum Ecclesiae bono cedit, siquidem homo ad veram felicitatem, quam totis sui animi viribus affectât, pervenire nequit, nisi leges observat, a summo Deo in ipsius natura insculptas, quae sunt prudenter amanterque colendae. Tanto igitur operi, nec non vobis omnibus ac potissimum coniugibus, a Deo sanctissimo et misericordissimo supernarum copiam gratiarum imploramus, quarum pignus Apostolicam Nostram Benedictionem libenter vobis impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Iulii, in festo S. Iacobi Apostoli, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beato Benildo Confessori, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, Sanctorum honores decernuntur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Consuevit Deus, rerum omnium arbiter ac moderator, qui « lucem inhabitat inaccessibilem)) *(1 Tim.* 6, 16), superborum consilia penitus evertere, ac eos qui suae voluntati répugnent, quasi vehementissimus ventus, turbare atque exagitare; qui terrenis imperiis deletis, stat unus, neque plus facit historiam eorum qui in iniquitate consistunt quam stellatae noctis exilissimam vocem ; et tamen solet idem pater benevolus iis praesto esse, qui timeant, et humiles, si Iob fidem adiungimus, ponere in sublime (cf. *Iob.* 5, 11). Hoc ipsum Maria, beatissima Christi Mater, cecinit ac prophetavit, cum adorandi Spiritus instinctu ait Deum, etsi ei mori sit superbos divites a se arcere, nihil tamen bea-

tius habere, quam esurientes beneficiis cumulare (cf. *Lc.* 1, 52 sqq.). Quam ob rem, humilis propriae condicionis confessio est non modo veritatis adaequatio, quam confitemur Deum rerum omnium principium esse atque finem, nos autem opus manuum eius, verum etiam ineundae Numinis gratiae lex, sine qua nulla omnino umquam ullibi sanctitas floruit. Quem autem hodie caelestium agminibus inseruimus, S. Benildus, humilitate hac, de qua dicimus, valde nituit, et sui despicientia, et contemptione. Ex qua re sane colligi potest cur Deus illum in magna gratia apud se posuerit caeloque sustulerit parem et astris. Cuius profecto placet hic breviter vitae cursum perstringere, ut ex eius casibus praeclara sumant christifideles exempla virtutum. Natus est beatissimus vir postridie Idus Iunias a. millesimo octingentesimo quinto Thureti, qui pagus medio gremio continetur magnae Limagniae, ea videlicet planine, feracissima frugum, quae inter Georgobiam et Vichium, Galliae urbes, panditur; est autem puerulus eodem die, indito Petri nomine, Baptismi aquis ablutus, in curiali templo ; ideo factum est ut qui in hanc vitam ingrederetur atque in solis huius lucem, simul gratiae Numinis oreretur, ac superni luminis claritatem aspiceret. Eius pater, Ioannes Bomançon; mater, Anna Chaty ; qui plus fidei quam bonorum ac possessionum habebant ; erant enim aperti, simplices, ingenui ; « *humiles, quidem,* ut est apud aliquem rerum scriptorem, *neque tamen flocei non faciendi* ». Etenim liberi, quos frequentiores susceperunt, et victus labore et industria quaerendus, et adversi casus, quibus hominum vita subiecta est et exposita, ut erat animus plenus religione, non unam causam praebebant cur recte et cum virtute vitam degerent; quae profecto ita elucebat, ut Petrus, cum iam grandior natu factus esset, superiorum temporum memoriam repetens, piae matris exempla revocaret, maxime amoris erga sanctum Eucharistiae Sacramentum, ad quem assidue filium illa excitabat. Ad humanum animi cultum quod attinet, tardius quidem municipii sui ludos Petrus celebravit, utpote qui agros ceteris omnibus occupationibus anteponeret, quos sive solus, sive cum suis petere solebat, ut eam parentibus operam navaret, quam tempus posceret atque aetas adhuc infirma pateretur. Id enim facultatem dabat Deum, omnium procreatorem, in naturae spectaculis admirandi, iucundissime. Tum autem demum, cum decem vel undecim puer esset annorum, scholas adivit, atque facile intellegentia, prudentia rerum, profectu antecelluit, praesertim Catechismi atque sacrarum Litterarum studio, quarum amore et dulcedine captus rapiebatur. Quod autem mente et animo comprehendisset, id cum aequalibus, quasi optatam praedam, familiarissime communicabat, eoque modo ut iam pr oder et inscius quo natura ferret. Anno vero millesimo octingentesimo decimo septimo, cum scilicet duodecimum annum ageret, Christi corpus primum suscepit, ac fortasse est

etiam sacro Chrismate confirmatus. Magno etiam momento fuit ad certum vitae institutum capiendum quod puer, eo fere tempore, in Fratres a Scholis Christianis incurreret. Erant autem hi a Napoleone I Imperatore, post res novas inductas, ad eum finem in patriam restituii, ut mitigandis animis, erudiendis pueris, reconciliandae Rei publicae in Gallia operam darent. Qui domicilia sua in pago Rigoduno alibique constituerunt. Hic, in parva et operosa urbe, Petrus Sodales primum aspexit; de quorum vita, moribus, consuetudinibus cum penitus cognovisset, in tantam eorum admirationem studiumque versus est ut nihil magis. Accensam lucernam pietas casta et religio sancta aluit. Attamen cum iunior esset quam ut ilico in Fratrum illorum congregationem admitteretur, ne frustra tempus perderei, ingenti gaudio ludum eorum commeavit, qui Rigoduni patebat; nam ibi operam suam ad litterarum studia conferre, et precibus vacare, et iucunde ludere cum amicis poterat. Ea rerum condicio biennio stetit; non enim ante in Fratrum sodalitatem statura parvulo illi recipi licuit, quam anno millesimo octingentesimo vicesimo, mense februario. Quo quidem tempore, compos tandem voti ac desiderii factus, Georgobiam urbem petiit, ibique, religiosa domo Fratrum a Scholis Christianis receptus, altioris operis, seu vitae, initium fecit. De iis sane quae tunc temporis egit paucae supersunt notitiae, si quidem tempus, edax rerum, omnia voravit, atque ita dispersit, ut solet ventus dissipare autumnali tempore folia. Hoc tamen unum, quod, serius, ab eo proditum est, *se* videlicet *mature intellexisse oportere se totum dedere Deo, atque moderatorum suorum voluntati usquequaque parere,* satis superque demonstrat summam iuvenis pietatem erga Deum eiusque egregiam virtutem. Est enim *se totum dedere Deo* non solum omnia humana, quantumvis sancta, deponere, praeter Deum : parentes, domum, arva, cetera, sed, praesertim, terrenis affectibus atque sensibus abdicatis, veterem hominem, qui terram sapit, exuere, et induere Deum, umbrarum instar, subeunte sole. Quod autem hoc beatissimi viri propositum non esset iuvenilis ardoris flamma, sed rectae voluntatis conscientia, cui religio esset quidquam praeter fas et aequum agere, reliquae vitae eventus planum facient. Verum enimvero, cum mense iunio, anno millesimo octingentesimo vicesimo, religiosam vestem, imposito sibi, ab illustri Christi Martyre, nomine Benildo, induisset, tanto studio et cogitatione virtutem complexus est, ut, si traditae rei fidem tribuimus, magister noviciorum, qui eius pietati moderabatur, non potuerit, quin mirans exclamaret : ((*Parvulus hic Frater totius Ordinis Nostri decus erit ac lumen* ». Quoniamque consuevit Deus electos suos votorum compotes facere, ob hanc rem, eum a carioribus vitae pignoribus abstrahere coepit, hoc est a matre sua, rerum omnium dulcissima, quae pia morte anno millesimo

octingentesimo uno et vicesimo, ex vitae huius tenebris ad sempiternam lucem excessit. Eam vero opportunitatem secutus, domum suam, ad, breve quidem tempus, petiit, afflictum patrem reliquosque necessarios consolaturus. Neque tamen hic parentis consilio indulsit, petentis ut, iam necessitati serviens, secum maneret; quin summi Numinis obsecutus voluntatibus, qui per Filium suum monuerat: « Sine ut mortui sepelían t mortuos suos, tu autem vade et adnuntia regnum Dei)) *(Lc.* 9, 60), relicta familia quae esset secundum carnem, ad superiorem consuetudinem, etsi dolore affectus, revertit. Eodem autem anno, mense decembri, pro rerum necessitate fuit Aurilacum transmissus, ad urbem nempe memoriis omne genus insignem. In qua sane urbe iam pridem, ante nempe rerum publicarum mutationem, Sodales a Scholis Christianis instituti sui collegium condiderant ; tumultu vero popularium composito, postliminio redierunt qui exacti fuissent, magno cum scholarum fructu atque profectu. Huc ergo cum pervenisset beatissimus vir, suarum id partium esse putavit ut pueros primae classis doceret, Fratribus ducibus usu et exercitatione paratioribus. Visus est autem statim Frater Benildus ad ea munera natus esse; tantaque affluebat voluptate, ut nihil suavius haberet, quam ut discipulos ad cognitionem Dei duceret, ea nimirum inita instituendi via, qua salutaris severitas cum summa humanitate iungeretur. Quod quantum ei benevolentiae conciliaverit, et opinionis, et amoris sive apud discipulos sive apud suos moderatores, nemo iam non intellegere potest. Fuit autem ibi loci per quinquennium; quo tempore alia secunda, alia adversa evenerunt. In illis, sane, sunt vota religiosa annumeranda, quae in urbe Georgobia, inter sacras exercitationes, nuncupavit, anno millesimo octingentesimo vicesimo tertio quibusque, summo gaudio, Deo se obstrinxit; in horum vero numero est mors habenda fratris sui maioris natu Annet aliorumque cognatorum, qui eodem anno, erepti rebus humanis, in caelum abierunt. Ut autem fieri Religiosis viris contingit, beatissimi viri sedes incerta et instabilis. Qui enim anno millesimo octingentesimo vicesimo quinto ad domum aggregatus est, quae erat Molinae, biennio post, est ad urbem Lemovicum missus ; inde rursus Molinam petiit, et proximo anno Lemovicum, usque ad annum millesimum octingentesimum tricesimum sextum, eodem semper studio, disciplina, amore erga pueros et aequales. Fuit etiam cum, ob magistrorum ac ministrorum inopiam, non solum inferioris ordinis scholas creditas haberet, verum etiam squalidae culinae munera obiret. Cum, praeterea, post res in Gallia novatas anno millesimo octingentesimo tricesimo, censuissent viri primarii Lemovicenses ut qui in publicis ludis docerent, iis, etsi scientia iusta pollerent, per unas publicas litteras docendi licentiam permitteretur, idcirco Fratri Benildo publicum peri-

culum faciendum fuit, cui nempe is contigit exitus, quem optabat. Neque interea pietas elanguebat; quin immo, anno millesimo octingentesimo tricesimo sexto, in eadem urbe Georgobia religiosis votis in perpetuum nuncupatis, quasi navi immissis habenis, exsultavit ut gigas ad currendam viam virtutis ac sanctitatis. Vota autem id secum ferebant, ut tum in Sodalitate ad mortem usque viveret, tum vitae cursum ad omnem virtutem dirigeret, tum denique ut gratiis, hoc est sine ullo munere, opem ac operam praestaret omnibus, ad normam regularum. Quantopere vero hanc suae religionis professionem faceret, id ostendit, solitum fuisse eum quotannis anniversarium diem honorare, quasi vitae suae sanctissimus ac celeberrimus esset. Ast Deus, qui sapientissimus est, voluit ut cum tranquillam pacis beatitudine taetra doloris absinthia confunderentur : adfuit enim tertio crudelis et inexorabilis fors, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, Anna, cara sorore, incurva falce recisa. Tristem quidem occasionem nactus, iterum Frater Benildus patriam domum revisit ad animum patris allevandum, acerba perculsum aegritudine. Qui denuo filium hortatus est ut sibi, a pristino consilio discedens, adesset; et iterum filius dolens abnegavit se id facere posse, sollemni sponsione Numini atque Sodalitati addictum. Quapropter mature se religiosae Sedi et discipulis reddidit. Quae autem ea tempestate et fecerit et dixerit, quave caritate in omnes uni sunt Deo nota. Neque tamen id est praetereundum silentio, beatissimum virum tam inopem fuisse, cum domum suam peteret, ut dimidium tantum denarium Gallicae monetae haberet, cum vero redeundum esset, oblatos nummos pro reditu comiter repudiasse, ne a consuetudine sancti patris Ioannis Baptistae de La Salle discederet, qui semper pedestria itinera fecisset. Iamvero tot eventus, tam magnus rerum usus, tot adversi casus, tot labores virtutis maturitatem attulerunt ; adeo ut Sodalitatis suae moderatores, anno millesimo octingentesimo tricesimo nono, mense septembri, negotio praeficerent regendi ac moderandi puerorum ludi, qui Billomi patebat, haud ita longe a natali solo. Nec ibi conceptae de se opinioni non egregie respondit. Nam fuit eo tempore scholae cursus prosperrimus; et, si ad Fratris Benildi vitam respicias, pietate prudentia, consilio insignis. Quapropter suae Congregationis Antistites aptum eum ac dignum iudicarunt, cui munus officiumque daretur novi ludi scholaris aperiendi atque dirigendi in urbe Salguis, quae altera sibi patria fuit et laetus ac fertilis sanctitatis hortus. Aberant quidem Salguae a sua regione et urbe multum et a vicinis locis, in quibus Frater Benildus semper vixerat. Abiens autem erat animo admodum trepido, utpote quem non laterent difficultates et angustiae tantae negotii. Augebat tristitiam itineris tum eius, tum comitum Fratrum duorum, rerum locorumque facies ; namque edita urbs situ erat et ad aspectum severa, et, adpetente

iam autumno, aspera et rigida. Atqui animos a curis mirifice Deus reficiebat, cuius causam susceperant. Civitas autem illa, ut rem breviter perstringamus, prodebat et ipsa rerum novatarum vestigia et semina. Etenim, tametsi ab eversionibus templorum et a civium caedibus temperatura erat, non tamen est ab iniuriis religionis parcitum; quin immo, cum Religiosis ac Sacerdotibus ita inique actum est, ut in exsilium ad unum omnes eicerentur. At inde, malum ! puerorum nulla cura, nulla doctrina, institutio nulla. Resque cotidie in peius verterat, nisi divino consilio pacta conventa inter Sanctam Sedem et Gallorum Imperatorem, anno millesimo octingentesimo primo inita tantae rerum ruinae medendi initium fecissent : cultus igitur divinus summo Dei numini iterum tribui coeptus est publice, et populi eruditioni cautum. Ad urbem Salguas quod attinet, municipii Consilio cum populi bono congruere visum est, si totum negotium instituendae iuventutis Fratribus a Scholis Christianis mandaretur ; quod cum omnibus placuit, tum publica atque privata pecunia ut fieret curatum est. Huc res adducta erat, cum Frater Benildus eiusque Sodales eo loci pervenerunt; atque ilico est animus illorum haud paucum a sollicitudine allevatus, postquam scilicet populus cunctus, curio, praefectus ac principes civitatis et cum honore exceperunt, et benigne allocuti sunt. Quamquam, haec est rerum fortuna, non defuit qui, Dei servum statura una metitus, haec diceret : *Profecto quod Fratres maxime mediocre haberent, hoc ad nos miserunt!* At perperam iudicabant, qui censerent altum ac paene divinum Fratris Benildi animum non posse nisi in corpore magno consistere. Sed haec hactenus. Partes beatissimo viro datae multum sane negotii ac difficultatis praebebant. Cum enim ludi ipsi, tum Religiosorum aedes perangustae et squalidae, nulla supellectile ; discipulorum praeterea multitudo ingens pro magistrorum numero, et multi adultae aetatis ; adde inopiam omnium rerum atque cotidianis sumptibus impares copias. Tot postremo puerorum voluntatem sibi conciliare tantaeque turmae animos ad benevolentiam allicere colligereque auctoritatem, haec non ea res, quae facili negotio effici posset, maxime cum Fratri Benildo pulchra species et corporis proceritas, quae nonnihil apud simpliciores valere solet, deesset. Et tamen res prospere cessit, sive ob Dei benignissimi gratiam, sive ob egregias viri dotes atque virtutes, quibus considerandis paululum immorari placet, quamvis pro dignitate nemo laudare satis possit. Atque primum, patientia fuit in eo mira et singularis ; cui omnino defuit numquam, ne quidem si res cum contumacibus adolescentibus esset, quibus est ingenium indomitum ac iugi impatiens. Ut erant rudiores, amabant hi rixas concitare et certamina conserere, ad usque vulnera. Cum quibus hae beatissimi viri artes, haec prudentia erat : coortas magno cum fragore tempestates sedare, ac praesertim diligentissime praecavere oritu-

ras. Porro nonnumquam est ipse, ab audacioribus, conviens laeessitus, quin immo et per vim impetitus, ut tum cum ligneae soles in eum iactae sunt. Haec scilicet atque talia forti animo tolerata in omnium animos suaviter influxerunt, ac vel ipsum Salguaensem Curionem mollierunt, qui durus et asper initio, in eximiam eius virtutis opinionem venit atque etiam summe dilexit. Ipsa civilis auctoritas, mense maio, anno millesimo octingentesimo quadragesimo altero, docendi atque instituendi ratione probata, cupiens pro eo ac mereretur gratiam referre, in munere rectoris ludi publice constituit, quin demum, nonnullis post annis, argenteo nomismate decoravit. Si autem ad ipsius scholae, seu institutionis, naturam et indolem respicias, omnino ea christiana erat. Quod sic intellegas, beatissimum illum virum, quamvis profanis disciplinis tradendis primas deferret, ut in publica schola, attamen, ex instituto suo, ita agere, facere, loqui solitum fuisse, ut omnia Christum eiusque religionem saperent, eoque semper contendisse, ut puerorum animos, quibus nihil solet esse festivius, ad Christi exempla conformaret. Ratio ergo et institutio, quam Frater Benildus prosequebatur, e christiana religione orta, ad huius principia dirigebatur. Deus immortalis initium fuit et finis a Fratre Benildo traditae educationis, contra ac novatores rerum publicarum fecerant, qui homines a Deo abducere conati sunt. Nihil mirum ergo si, haec spectans, sanctissimus Dei vir in pueris instituendis, et precibus, et catechismo, et sacris Litteris plurimum tribueret. Quae Dei quasi sitis non solum acta ab eo colorabat ad unumque redigebat, verum etiam singula eius dicta, sicut incendium per sata, pervadebat, cuius animum ardor ingens atque cupiditas incenderei amplificandae gloriae Dei. Haec sane etiam causa est cur scholae, quas explicabat, copiosae quidem et candidae, ad captumque audientium sapienter accommodatae, alte in animos penetrarent semina fecunda virtutum. Quoniamque vir sanctus docendo natus erat, fieri non poterat quin semper, ubique, puerorum ingenia expoliret rebus optimis, praesertim rerum natura peragrata, cuius incredibili amore complebatur ipse, complebat discipulos. Cum praeterea bene novisset rem publicam duabus rebus contineri, ut quidam ait egregius auctor, praemio et poena, praemiis quidem invitabat ad virtutem, arcebat poenis a vitiis. Hae nimirum graviores videntur interdum, quam ut haec nostra ferret aetas ; verum enimvero recte res iudicantibus perspectum erit id esse sive temporibus tribuendum, quibus et parent omnes et serviunt, sive potius caritati dandum atque officiorum suorum conscientiae, quorum diligentissimus fuit. Nam poenas nullas repetiisset, nisi amavisset, neque alio consilio, quam ut qui deliquisset ad bonam frugem se reciperet. Ceterum et in hac re est vestigia sancta secutus beatissimi patris Ioannis Baptistae de La Sallé, monentis : *Si vultis salvas res esse, omnis animadversio et castigatio contumelia careat;*

et eo animo fiat, ut Deo probetur. Haec profecto severitas, utpote propensissima voluntate manans, tam aequa a discipulis ipsis habebatur, ut magistrum ac patrem suum tamquam oculos, aut si quid oculis est carius, diligerent, quem circumsaepire praesentem, et salutare, et alioqui, et compellare fuit iis iucundissimum, maxime laetis, si ad se rediret, postquam ne alio transferretur valde timuissent. Ille autem, quamquam omnes, quibus praeesset, eodem amore prosequebatur, proniore tamen in pauperes, debiles, mediocris ingenii pueros erat voluntate in eosque inclinabat. Ostendebat etiam erga omnes omnino reverentiam, quovis ablato inter gratiosos cives et pauperes discipulos discrimine ; adeo ut omnes honoris causa « dominos » appellaret, ad eam beati Pauli sententiam, esse pueros templum Dei sanctum, quod Deus inhabitat (cf. *1 Cor.* 6, 19). Pars nempe disciplinarum praecipua ac quasi totius institutionis principium, fons et origo, ut intellegi potest, catechismi traditione continebatur. In ea autem arte Frater Benildus longe multumque praestitit, utpote qui cum summa rerum prudentia magnum auctorum usum coniungeret, maxime Claromontanae dioecesis Catechismi atque Collotiani operis, quae memoria fere tenebat. In huius enim paginis exemplorum messem, ditissimam atque uberrimam, inveniebat, quibus et ipse primus suaviter fruebatur, et christianae doctrinae veritatem, magna cum discipulorum delectatione, illustrabat. Tunc autem tam acres faces subdebat, ut qui esset in dicendo amplus et copiosus, poetico quodam afflatu funderet, adeo ut obstupefactis pueris hora citius abiret. Maxima etiam cura Fratri Benildo erat ut pueros ad Sacramenta suscipienda pararet, hoc est ad sacram Synaxim et Poenitentiam ; tunc autem ita assistebat, ut non solum optima disciplina institueret, verum etiam summa prece Deum instantissime precaretur ut acceptum a pueris Sacramentum laetos fructus ferret. Cumque praeterea persuasum haberet neque Ecclesiae sanctae, neque Sodalitatis suae pulchre esse posse, nisi Sacerdotibus, quasi veteranis militibus, novi tirones sufficerentur, idcirco advigilabat pro negotii gravitate, si in aliquo discipulorum probae indolis ac divinae vocationis signa deprehenderet ; atque in hac provincia tam prospere res evenerunt, ut quindecim omnino iuvenes, eo auctore sacerdotio augerentur, plus centum, religiosi Sodales fierent. Itaque, cum manifesto supernae voluntatis vestigia inesse cognovisset, colere eos ille diligentissime, dum florescerent, et adesse egenis, et opitulari indigentibus, et fulcire consiliis labantes, ne corruerent, et morem iis gerere, ubi sacram vestem induissent. Quod si nunc ab hisce rebus ad eius pietatem erga Deum et

caelestes animum advertas, prorsus summa et egregia. Quam etsi omnia proderent, quaecumque agebat, potissimum tamen preces palam faciebant, quas, quasi ignes, Deo adhibebat. Praecipuo, ut aequum, studio et amore in SS. Eucharistiae Sacramentum ferebatur ; ideoque in deliciis habebat, tametsi id a communi more et consuetudine abhorrebat, cotidie Christi corpus suscipere; idque tanta fide et religione, ut qui eum ad altare respexisset, pietatem suam in animo gliscere animadverteret et incalescere. Dicebant passim non esse eum hominem, sed angelum. Fuit etiam qui adfirmaret : Fratrem Benildum, cum supplicaturus esset Deo, eum fuisse, ut Deum intueri omnibus videretur : quin memoria proditum est, Religiosum quendam solitum fuisse his vocibus Deum alioqui : *Deus mi, ita Te adoro, ut Frater Benildus Te adorat.* Cum Eucharistiae religione, antiquus Crucis Christi cultus in eo coniungebatur, ad lacrimas usque. Mariam, praeterea, Christi Matrem, sanctissime colebat; cuiusque numine praeclaram vitae condicionem inierat, eam plurimum adamavit, sidus illustre, quod caeleste iter ostenderet. Non ergo mirum, si Decretum de eiusdem Virginis conceptu omni labe experte, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto factum, eum ingenti gaudio compleverit ; si ipse exemplum apostolicarum Litterarum ea de re et legerit et fuerit attente meditatus ; ac si Rosarii preces piissimas cotidie ab imo pectore funderet et ab aliis fundi curaret. In suis postremo religionibus haud ultimum locum S. Ioseph obtinebat, quem ferunt aliquando tantae fidei prodigiis et miraculis respondisse. Neque vero putandus est beatissimus vir, oculis in caelum spe et cupiditate defixis, huius terrae sanctos, id est pauperes, egenos, atque praesertim sodales neglexisse. Hos quidem tanta cura complectebatur, ut nonnumquam in sollicitudinem ea verteretur : de cibo, nempe, de valetudine, de animo relaxando, de ceterisque omnibus, quibus solet religiosa vita, quasi adminiculis, fulciri. Natura enim ita erat factus, ut sive ii aegrotarent, sive valerent, ille animo amico praesto esset, omniaque amoris officia exhiberet. Cum vero quis Fratrum Sodalium moreretur, totus abibat in lacrimas, ac si res ageretur propinquorum sibi sanguine. Ceterum nullus pauper non est ab eo libéralissime tractatus, nullus aegrotus non est ab eo visitatus; quin etiam, aliquando, eius aspectu, consilio, precibus, opibus, multi recreati et refecti sunt. Postremo a beato Benildo, ut in vita Sanctorum saepenumero fieri solet, adversae res non abfuerunt : falsi rumores, censoriae de sua virtute opiniones, acrior a de gestis iudicia, similia; ad hoc dolores et cruciatus, quibus incredibilem in modum nonnumquam torquebatur. Atqui in eo tantum

roboris erat, ut acerbitatem tam gravem aequo semper animo ferret, idque ea animi moderatione, ut qui praeclarissima patientiae exempla daret, a circumstantibus posceret ut sibi de maiorum intolerantia ignosceretur. Ita, Iesu Christi dicto parens, Crucem suam cotidie tulit, ad montis Calvariae usque verticem, ubi adorandus hominum Magister praestolabatur. Iam nunc, veluti intermissa repetentes, pauca de beati Benildi vita addemus. Qui, quodam die, mense aprili, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, dum una cum discipulis per campestre iter cantus exerceret, de improviso vocem nullam emittere potuit, neque ereptam ab omni parte recupera vit. Subiit morbus quidam perniciosissimus quem medici cancrum diffusum iudicarunt, cotidie ingravescens. Ille, partim lecto se commendare, partim incredibili sane molestia, stare. Die autem decimo quinto iunii, eodem anno, vota iterum summa religione nuncupavit. Cumque iuvenes, anno scholari expleto, domum suam quisque peterent, voluit extremum alioqui in aula : *Dilecti filii, inquit, nimirum compertum habeo vos pro me Deum precibus fatigare; de qua re magnas refero gratias toto pectore. Sentio tamen me ad aeterna vocari, et idcirco ad nullam me posse sanitatem revertere. Quodsi — spes ea in me residet •— benignitate sua me Pater caelestis caelo receperit, omnium vestrum memor ero.* Tanti praescius discriminis, cognatos etiam, datis litteris humanitate plenis, ultimum salvere iussit; item et quos in paroeciali templo viginti annos sancte coluerat, quasi missione accepta ; ac tandem die undecimo mensis augusti, postquam Sodalibus, lectulum suum ad unum circumstantibus gratias egisset pro eorum studio meritas, eos hortatus est in sententia susceptae religionis perseverarent. *Quam pulchrum,* inquit, *in hoc sancto vitae instituto mori!* Cum autem medicus, ab eo rogatus, monuisset iam suprema instare fata, quasi de beneficio gratias reddidit. Ad primam auroram, poenitentiae Sacramento animo suo nitori restituto, caelesti Pane sese pavit et communiit, incredibili fide et pietate. Cumque tandem praesentibus uberius flentibus bene precatus esset, maluit secum solus esse, Deum nullis arbitris adoraturus. Tunc huiusmodi sunt ab eo dulcissimae editae voces : « In domum Domini ibimus ». *(Ps.* 121, 1) ; ((O Iesu, in tuo Corde moriar !» ; «O Maria, nulla concepta labe, fac sancte obeam » ! Post haec, anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, oculis atque mente ad aeterna adiectis, serena fronte de vitae statione discessit. Talis beatissimi viri exitus. Qui, licet enim verum dicere, non sane prodigiis inclaruit, non caelestium visis, non sanationibus, non gravitate dicendi, non facinoribus pulcherrimis atque

praeclaris. E contrario, eius vitae institutum eiusmodi ut, qui amaret « nesciri et pro nihilo reputari », potius semper habuerit humilem cum humilibus amicissime vitam degere, quibus inservire dulce, nullo rumore, nulla fama, nisi ea quae solet e virtute manare. Eius vita fuit prorsus aquae guttae simillima, semper eodem more cadentis ; eademque, una gratia clara, lucernae instar ardentis ita eluxit, ut simul naturae vitia, si qua essent, deleret, simul lumen pietatis praeberet iis qui in domo essent, seu quibus sors dedit ut una viverent. Amor et studium sanctitatis diligentissimum regularum faciebant : videbat enim harum obsequium omnibus commoda magna parere. In qua re tam assiduus fuit, ut olim sibi ignosci peteret, quod imprudens paulo tardius quam consueverat, pueros surgere lectulo mane iussisset; atque postrema vota nuncupans, totus lacrimis difflueret, quod non satis Sodalitatis suae leges observasset. Eius etiam fides, spes, caritas ceteraeque virtutes, quas morales dicimus, in obscura hac operis cotidiani absolutione perfectioneque refulsit, ad quam admirabili constantia semper adnisus est, numquam genio suo indulgens, aut parcens operare. Magnum sane negotium ! Non enim humanum, sed divinum opus, semper, in omni vita, omnibus horis, nihil nisi ex Dei voluntate facere, et nulla in re ab aequi et recti legibus discedere, et a vitio se et alios coercere, et Dei formam et speciem in se imitando veluti efficere, sive in bona, sive in adversa fortuna, tum praesertim, cum ingentes curae sollicitudines afferant, aut artus dolore ardeant et carnes excrucientur intolerabiliter. Quod Prater Benildus Dei gratia et beneficio consecutus est; atque propterea factum est, ut qui in fide castissima vixisset, in spe certa aeternarum rerum, in caritate incredibili erga Deum et homines, credendo etiam, et sperando, et vehementer amando moreretur. De quo scilicet, ubi primum exspiravisset, omnes ita mirabiliter et senserunt et locuti sunt, ut sanctum iudicarent et dicerent ; eousque ut populus sine ulla intermissione longoque agmine veneraturus accurreret, neque abire pateretur, nisi cum tetigisset corpus illud sanctum, aut aliquid pietatis causa accepisset, quod ad ipsum pertinuisset. Cui populi studio per pallium beatissimi viri satis factum, concisum in frustula. Quam magna autem esset omnium de eo existimatio, tum funus eius ostendit frequentissimum, tum sepulcrum maxime celebratum. Memoria etiam proditum est quandam mulierem, articulorum morbo gravissime laborantem atque ideo praepeditam valetudine, improviso in ipsa pompa funeris perfecte sanatam esse, quam et exsequias esse consecutam. In hac autem causa Sodales a Scholis Christianis primum mirari, deinde

colere et venerari, ac tandem, post ternas corporis beatissimi viri recognitiones, rem omnem Eomanae Sedi deferre, rati posse de eius sanctitate publice questionem poni et agitari. Postquam ergo annis millesimo octingentesimo nonagésimo nono atque millesimo nongentesimo inquisitiones auctoritate ordinaria ad iuris normas in Aniciensi dioecesi actae sunt, et die altero et vicesimo mensis aprilis, anno millesimo nongentesimo tertio a Summo Pontifice Leone XIII agendae causae Commissio, quam dicunt, subscripta est, ad inquisitiones apostolicas ventum est; quae anno millesimo nongentesimo decimo expletae sunt. Tum de venerabilis Servi Dei theologalibus atque cardinalibus virtutibus agi coeptum est, quas heroicum attigisse gradum Pius XI, Decessor Noster, die sexto mensis ianuarii, anno millesimo nongentesimo duo de tricesimo, omnibus rite perpensis, sollemni sanxit decreto. Post haec quaestio de miraculis, quae Fratre Benildo deprecante celeberrima esse dicebantur, in antepraeparatorio et praeparatorio, quae dicuntur, comitiis agitata est, ac demum in generali, coram Pio XII, f. r. die duodetricesimo mensis ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo. Quibus peractis, idem summus Pontifex, die sexto decimo mensis februarii, anno eodem, sollemniter declaravit : constare de duobus miraculis a Deo patratis, intercedente venerabili Fratre Benildo. Unum porro dubium erat discutiendum : an, probatis virtutibus et duobus miraculis, venerabili Servo Dei Benildo Caelitum honores tuto decerni possent. De quo dubio postquam actum est a Patribus Cardinalibus, Praelatis Officialibus, et Consultoribus, ad hoc expresse rogatis, die vicesimo quinto mensis martii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, unanima sententia responderunt ad sollemnem beatificationem tuto procedi posse. Quae sollemnia die quarto mensis aprilis anno millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, in Vaticana Basilica habita sunt. Cum vero post decretos eidem beato supernorum Caelitum honores eiusdem cultus magis magisque ubique augeretur, eoque deprecante nova dicerentur effecta a Deo miracula, supplices Apostolicae huic Sedi preces admotae sunt, ut causa resumeretur de beato Fratre Benildo sanctitatis Ínfula decorando. Quibus precibus Decessor Noster Ioannes XXIII, die quinto et vicesimo mensis novembris, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, annuit; atque ideo iuridicae inquisitiones fieri coeperunt de duabus sanationibus, quae in eius canonizationem propositae sunt, a Deo nempe, ob eius intercessionem patratis. Inquisitiones autem in Curiis Tarraconensi atque Nemausensi recte factae sunt annis millesimo nongentesimo sexagesimo primo et sequenti. Nimirum

in priore sanatione agebatur de Augustino Subirana Piqué, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum Sodale, quod est Tarracone, in Hispania. Cui, iam inde a puero e stomacho laboranti, cum tricesimum annum ageret atque sextum, tam parum recte res successerunt, ut ad manum veniendum fuerit, et ad dimidium stomachi amputandum. Cumque adhaerentiae, ut medici dicere solent, ad intestinum excrevissent, oportuit quidem iterum iterumque eum se pati secari; atque tam pessime res vertit, ut iam omnis spes vivendi praecideretur. Tum preces beato Benildo dari coeptae sunt, cuius etiam os ad aegram corporis partem appositum est. Ingravescente autem usque morbo, medicus cum a quovis nutrimento dando omnino abstinuit, quia iam inutile, tum iussit eum in Fratrum Collegium iterum transferri, ne longe a religiosa domo moreretur. Interim Sodales beato Benildo precibus instare, ac paene eum fatigare. Atque, mirum ! die vicesima quinta martii, hora una et vicesima, ut nos computamus, meliusculum esse coepit; hora autem secunda et semissi proximi diei, inclinata iam in melius aegri valetudo est. Brevi: die sequenti, magna cibi cupiditate manducavit et bibit, atque prima die aprilis, eodem anno, medici, postquam diligentissime invisissent, pronuntiaverunt eum esse omnino sanatum. Quin immo, post paschalia otia, nullo incommodo intermissa negotia repetiit. Alterum miraculum contigit Luciae Prat, viduae, cuius mariti nomen Arbousset. Haec coqua erat apud ludum a S. Ioanne Baptista de La Salle, Nemausi, cum anno millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, omnis corporis vis languescere coepit; accedebat sui nutriendi difficultas, ita ut brevi macie conficeretur. In valetudinarium ergo missa, quod a Sororibus Franciscalibus administrabatur, tam vehementer aegrotabat, ut domo decedens diceret cum lacrimis se aequissimo animo mori ; iam enim se morientium preces pectore ab imo f udisse, seseque hostiam piacularem Deo immolavisse. Igitur die quarta decembris, eodem anno, medici abdomen aperuerunt : at, eheu ! cancer, quo laborabat, iam in vicinas corporis regiones invaserai, idque tanto vitae periculo, ut haec in summum discrimen veniret. Cumque chirurgi ultra progredi non possent, ob rei gravitatem est aegrota in cubile suum restituta; quin immo, cum nihil proficeretur, et res in peius rueret, ne illa in valetudinario diem obiret supremum, iterum est in Collegium, unde venerat, missa, nulla praescripta medicina, seu curatione, utpote inutili. Quattuor ibi menses transegit, mortem inter et vitam; cum improviso mulier, sine ulla medicina at precibus beato Benildo impensissimis adhibitis, melius se habere, et manducare et bibere sine difficultate, et


paulatim pondere augescere, et tandem valere ita bene, ut diebus octava atque nona mensis iunii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, postquam medici diligentissime recognovissent ac nullum tam taetri morbi vestigium invenissent, omnino sanata diceretur. Utrumque signum a Sacra Rituum Congregatione diligenti examine expensum est, pluribus habitis conventibus. In generali demum conventu, die decimo septimo mensis iulii, hoc anno, coram Nobis habito, causae relator dubium cognoscendum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* De quo qui aderant, cum Patres Cardinales, tum Sacrorum Rituum Congregationis Praelati Officiales et Consultores propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt. Quibus suffragiis libentissime exceptis, die eodem, scilicet decimo septimo mensis iulii, sollemniter ediximus : *constare de duobus miraculis intercessioni beati Benildi tributis.* Post haec vero, quamvis S. R. E. Cardinales, Praelati officiales Patresque Consultores scripto significavissent tuto procedi posse ad Beati Benildi canonizationem, interponendum de more aliquod temporis spatium duximus ad expetendam locupletioris gratiae lucem. Die igitur quinto et vicesimo mensis septembris, hoc anno, hanc sententiam tulimus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Benildi Confessoris, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, canonizationem.* Considerantes autem de re gravissima agi, sacrum Consistorium in diem undevicesimum mensis Octobris indiximus, ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum eo die in Urbe futurorum sententiam exquireremus ; in quo coetu dilectus Filius Noster Arcadius Maria S. R. E. Cardinalis Larraona, Supremi Consilii sacris Ritibus cognoscendis Praefectus, enixe postulavit ut beati Benildi memoria summis consecraretur honoribus atque ad optatissimum canonizationis ritum deveniretur. Quibus peractis, adstantes Cardinales et sacrorum Antistites rogati sunt ut quid de proposita causa sentirent singuli significarent. Omnium denique receptis Purpuratorum sacrorumque Praesulum suffragiis, qui in Consistorio affuerant, quo die diximus, in Vaticanis aedibus habito, plane compertum est beatum Benildum dignum ab iis concordi sententia aestimari, qui fulgidissimo decoraretur Sanctorum diademate. Ad quod diem statuimus undetricesimum mensis eiusdem Octobris proximi. Interea astantes Patres, sacros Praesules universosque Christifideles rogavimus ut Nostris praecibus suas ipsi coniungere vellent, ut fausta salutaria quae praestolati iam essent catholicae rei obvenirent. Quo maximae sollem-

nitatis die, cuncti saecularis et regularis cleri ordines, praesertim scilicet ex Instituto Scholarum Christianarum, plurimi Eomanae Curiae Praelati et Officiales, caetus Episcoporum frequentissimus Synodum celebrantium, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites atque amplissimum Patrum Cardinalium collegium in Sancti Petri Basilicam convenerunt. Cum autem parum firma valetudo Nos impediret ne ipsi sacris sollemnibus iis interessemus beatumque illum in Sanctorum numerum redigeremus, mandatum dedimus dilecto Filio Nostro Arcadio Mariae S. R. E. Cardinali Larraona, S. Rituum Congregationis Praefecto, per decretum a Nobis factum et a dilecto Filio Nostro Hamleto Ioanne S. R. E. Cardinali Cicognani publice lectum, Viro a publicis Ecclesiae negotiis, ut nomine et auctoritate Nostra formulam canonizationis pronuntiaret. Omnibus autem supplicantium ritu procedentibus ac precationes caelestium Curiae admoventibus per Petrianam Basilicam, magno fidelium numero ex universo paene terrarum orbe frequentem, ad altare maius perventum est. Tunc postulavit dilectus Filius Ioannes Baptista Ferrata, Consistorialis Aulae Advocatus, instanter, instantius, instantissime, ut Beatus Benildus Sanctorum honoribus decoraretur. Cui Advocato per dilectum Filium Hamletum Tondini, ab Epistulis Nostris ad Principes, responsum est iam in eo esse ut Eminentissimus ille S. R. E. Cardinalis, quem diximus, nomine et auctoritate Nostra huiusmodi postulationi concederet. Qui postquam una cum ceteris omnibus Litanias Sanctorum recitavisset, tamquam Legatus Noster ad rem hanc sollemnissimam, ac quasi os per quod Ipsi, universae Ecclesiae magister, loqueremur, translaticiam Summorum Pontificium formulam pronuntiavit : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et ad christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Benildum Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali, tertiodecimo nempe augusti, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In Nomine Pa ,£& tris et Fi* £B *Iii et Spiritus* 83 *Sancti. Amen.* Qua formula prolata, precibus annuens Advocatorum Consistorialium, idem dilectus Filius Noster Arcadius Maria S. R. E. Cardinalis Larraona hasce Decretales sub plumbo Litte-

ras confici et expediri iussit; deinde, postquam « Gloria in excelsis Deo » ut gratiae omnipotenti Deo agerentur in Missa cantum est, Sancti illius primum patrocinium invocatum est, et venerabilis Frater Ioannes Benelli, alter a Cardinali publicis Ecclesiae negotiis praeposito, sermonem a Nobis scriptum de eiusdem Sancti virtutibus recitavit. Quae cum ita sint, auctoritate Nostra acta confirmamus, id censentes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem tribuatur fides quae hisce haberetur, si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri quinto.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



✠ Ego EUGENIUS Episcopus tit. ecclesiae suburb. Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego IOSEPHUS Episcopus tit. ecclesiae suburb. Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

✠ Ego BENEDICTUS Episcopus tit. ecclesiae suburb. Praenestinae Cardinalis ALOISI MASELLA.

✠ Ego FERDINANDUS Episcopus tit. ecclesiae suburb. Veliternae Cardinalis CENTO.

✠ Ego HAMLETUS IOANNES Episcopus tit. ecclesiae suburb. Tusculanae Cardinalis CICOGNANI.

✠ Ego IOSEPHUS Episcopus tit. ecclesiae suburb. Sabinensis et Mandelensis Cardinalis FERRETTO.

Ego **GREGORIUS PETRUS** titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis **AGAGIANIAN.**

Ego **PAULUS** titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Cardinalis **GIOBBE.**

Ego **CAROLUS** titulo S. Agnetis extra Moenia Presbyter Cardinalis **CONFALONIERI.**

Ego **PAULUS** titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Cardinalis **MARELLA.**

Ego **GUSTAVUS** titulo S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Cardinalis **TESTA.**

Ego **ALOISIUS** titulo S. Andreae Apostoli de Valle Presbyter Cardinalis **TRAGLIA.**

Ego **ILDEBRANDUS** titulo S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter Cardinalis **ANTONIUTTI.**

Ego **EPREM** titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis **FORNI.**

Ego **IOSEPHUS** titulo S. Athanasii Presbyter Cardinalis **SLIPYI.**

Ego **IOSEPHUS** titulo S. Crucis in Via Flaminia Presbyter Cardinalis **BERAN.**

Ego **FRANJO** titulo S. Petri et Pauli in Via **0**,-tiensi presbyter Cardinalis **SEPER.**

Ego **CÁESAR** titulo Dominae Nostrae e Sacro Corde in Circo Agonali Presbyter Cardinalis **ZERBA.**

Ego **ALAPHRIDUS** titulo S. Mariae in Domnica Presbyter Cardinalis **OTTAVIANI.**

Ego **FRANCISCUS** titulo XII Apostolorum Presbyter Cardinalis **ROBERTI.**

Ego **IOSEPHUS** titulo S. Mariae Liberatricis ad Collem Testaceum Presbyter Cardinalis **BELTRAMI.**

Ego **GABRIEL MARIA** titulo S. Sabinae Presbyter Cardinalis **GARRONE.**

Ego **MAXIMILIANUS** titulo SS. Cordis Iesu ad Castrum Praetorium Presbyter Cardinalis de **FURSTENBERG.**

Ego **CAROLUS** titulo S. Marcelli in Urbe Presbyter Cardinalis **GRANO.**

Ego **ANTONIUS** titulo S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis **SAMORÈ.**

Ego **PETRUS** titulo S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis **PARENTE.**

Ego **ANGELUS** titulo SS. Ambrosii et Caroli ad Viam Latam Presbyter Cardinalis **DELL'ACQUA.**

Ego DINUS titulo Sacratissimi Cordis Iesu Christi Eegis Presbyter Cardinalis STAFFA.

Ego ALBERTUS titulo S. Pudentianae Diaconus Cardinalis DI JORIO.

Ego ARCADIUS titulo SS. Blasii et Caroli ad Catinarios Diaconus Cardinalis LARRAONA.

Ego FRANCISCUS titulo SS. Cosmae et Damiani Diaconus Cardinalis MORANO.

Ego VILLELMUS THEODORUS titulo S. Theodori in Palatio Diaconus Cardinalis HEARD.

Ego AUGUSTINUS titulo S. Sabae Diaconus Cardinalis BEA.

Ego ANTONIUS titulo S. Eugenii Papae Diaconus Cardinalis B ACCI.

Ego MICHAEL titulo S. Pauli Apostoli in Arenula Diaconus Cardinalis BROWNE.

Ego FRIDERICUS titulo S. Ioannis Bosco in via Tusculana Diaconus Cardinalis CALLORI DI VIGNALE.

Ego AEGIDIUS titulo S. Iosephi ad viam Triumphalem Diaconus Cardinalis VAGNOZZI.

Ego PERICLES titulo S. Apollinaris Diaconus Cardinalis FELICI.

Ego FRANCISCUS titulo S. Eustachii Diaconus Cardinalis BRENNAN.

Ego BENNO titulo S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis GUT.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarias

ARCADIUS Card. LARRAONA
S. Rituum Congregationis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 7.

LITTERAE APOSTOLICAE

In Tanzania Republica Apostolica Nuntiatura constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum grata concordia, et consensus, et necessitudines, quae huic Apostolicae Sedi cum populis intercedunt, maxime si hi christiano nomine gloriantur, ad prosperitatem atque felicitatem singularum nationum conferant simulque ad Ecclesiae sanctae, cui praesumus, utilitatem conducant, nemo est quin videat et intellegat : per concordiam enim non solum mutua gignitur cognitio utilis atque subtilior, sed et opinio in vicem crescit, et quieti ac paci locus datur, qua re nihil gratius et utilius civilibus ac religiosis coeptis suscipiendis, fovendis.

Quam ob rem, optantes ut amicitiae vincula, quae hanc Romanam et Apostolicam Sedem nobili populo Tanzaniae obligant, constringerentur, censuimus bene esse si in ea Natione Apostolica Nuntiatura constitueretur. Placet ergo motu proprio ibi loci per has Litteras Apostolicam Nuntiaturam condi, cui profecto omnia iura atque privilegia quae ad ceteras Nuntiaturas spectant facimus, certam concipientes spem, fore ut quae praevidemus commoda et utilitates, haec prospere succedant.

Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum tempus stent, ab iisque omnino serventur, quorum res est, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die undevicesimo mensis aprilis, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Augustinum S. R. E. Cardinalem Bea, quinquagesimum religiosae professionis diem anniversarium celebraturum.

PAULUS PP. VI

Quem in sacro silentio piaque cum precatione consueverat transigere, dies anniversarius religiosae professionis tuae, mox clarior et laetior tibi illucescet et spirituale gaudium in eos etiam effundet, qui necessitudine tibi coniunguntur, siquidem quinquagesimus explebitur annus, ex quo ut filius Sancti Ignatii a Loyola sollemnibus votis Deo te obligasti.

Hanc occasionem praeterire nolentes, cupimus ut gratulationis significatio et benevolentiae Nostrae testimonium ad te perveniant. Tecum libet Nobis praeteriti temporis spatium tam longum respicere, quo tibi datum fuit Deo et Ecclesiae « in nomine Domini Iesu)), quae verba, inter Purpuratos Patres cooptatus, tuo insigni insculpsisti, deservire.

Haec igitur anniversaria memoria sine dubio te movebit, ut, veluti spiritualis messoris gaudio perfusus, gratias Deo maximas agas, atque amplissimi muneris, quod est divina ad vitam religiosam vocatio, plane conscius, perfectionis semitam alacer instes.

Non fortuito autem evenisse videtur, ut sollemnis professionis tuae dies in festum Almae Dei Genitricis ad caelestem gloriam assumptae incideret. Est enim ea virtutum religiosarum praeclarissimum exemplar et eorum, qui in hoc statu Deo se devoverunt, singulare praesidium ; illi ergo eadem « deprecante suavissima Deipara Virgine Maria, "cuius vita omnium est disciplina",[1] ampliora quotidie incrementa capient ac uberiores salutares afferent fructus ».[2]

Quae ut tibi, dilecte Fili Noster, feliciter contingant, magnopere exoptantes, Benedictionem Apostolicam tibi et cunctis, qui sacris intererunt, quae hanc ob rem celebrabis, amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Iulii, anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

[1] **S. Ambros.,** ***De Virginitate*** **1, II, c.** ***2,*** **n. 15.**

[2] **Decr.** ***Perfectae caritatis,*** **25:** ***A. A. S.*** **58 (1966) p. 7.12.**

II

Ad E.mum P. D. Iacobum S. R. E. Cardinalem Lercaro, quem Legatum a latere deligit, ut Eucharistici Conventus Bogotae ex omnibus nationibus habendi sollemnibus praesideat.

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Inditae Columbiae caput et arx, Bogota, urbs amoenitate loci, clarae originis fastis, industrio ingenio et humanitate civium illustris, Christianae religionis observantia et professione pernobilis, digna delecta est sedes, ubi Eucharisticus Conventus ex omnibus nationibus proximo mense Augusto haberetur.

Id autem, quod Nobis auditu fuit iucundum, erit prorsus ad videndum quoque pergratum. Nam, cum iam diu statuissemus Americam Latinam aliquando invisere, tanti compotes efficimur voti, quandoquidem singularis religiosae celebritatis eventus magnificam expetitam Nobis occasionem suppeditat. Illic profecto aeronavi Nosmet conferemus brevi fugacique itinere, at, comitante Angelo Dei, tuto et prospero; atque id in gaudium et profectum catholicae fidei non uno nomine confidimus esse cessurum. Praescius sane animus Nos portendit fore, ut ad dilectos Nobis Columbianos in abundantia benedictionis Evangelii Christi eamus,[1] idque prospicimus Nobis multum allaturum esse spei, exspectationis, solacii. Quoniam vero Nobis id tantum dabitur, ut ibi Eucharisticae sollemni Congressioni aliquantulum praesimus, cum alio quoque sint Nostrae convertendae cogitationes et curae, scilicet ad moderandum in primordiis generalem coetum Episcoporum Americae Latinae, Nobis visum est e Sacro Purpuratorum Patrum Collegio destinare, qui ibi in sollemnibus Augusti Sacramenti amplissime celebrandis Nostram gerat Personam. Quapropter hisce Litteris te, dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum a latere, prout antea tibi iam renuntiatum est, deligimus et constituimus, qui sacris caeremoniis nomine et auctoritate Nostra praesis, paterna animi Nostri bene gratulanti^ omina declaraturus.

Significare velis, perlibenter Nos accepisse, cultum erga SS. Eucharistiam apud Columbianos, ac nominatim in urbe Bogota, magis magisque puro adorantium mentium obsequio incrementum capere, eosque

[1] Cfr. *Rom.* 15, 29.

certatim colere ((mysterium fidei)) et velle accedere ad panem qui descendit de caelo, ut inveniant vitam et hauriant salutem a Domino.[2]

Tam sublime attolitur Eucharistici Mysterii altitudo, ut in eo investigando et contemplando sensus plane deficiat, atque impar omnino sit eius magnitudini nobilitandae humani oris eloquium. Altaris Sacramentum illos per dies Bogotae inlustrandum, utpote vinculum caritatis ante oculos ponetur atque acie mentis et infiammato pietatis studio considerabitur. Quod quidem praesentis aetatis necessitatibus congruens et ferax providi fructus futurum esse putamus.

Enimvero cum omnia Ecclesiae Sacramenta socialem insitam naturam sibi exhibeant, quam maxime haec vis SS. Eucharistiae inest. Quae, quamvis insigniter vitam intimam alit, insigniter quoque sociali indole et efficientia excellit.

Est enim sacramentum caritatis, vinculum perfectionis, profusae fons vitae. Reapse id quod in corpore hominis est cor et in Corpore Christi Sacratissimum est Cor, haud dubio Eucharistia in Ecclesia, quae est Corpus Christi,[3] haud dissimiliter vitalem hanc obtinet partem. Namque Augustum Altaris Sacramentum ipsius veluti sol, altor vitae, qui suo colore perfundit et convestit omnia, visibilia et invisibilia, tempus et aeternitatem consociat. « Salvator Noster in cena novissima, " qua nocte tradebatur ", Sacrificium Eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concederet Mortis et Resurrectionis suae : sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur)).[4]

Hac in luce collocata ratione, Dilecte Fili Noster, exhortare hominum multitudinem, qui illis sacris sollemnibus intererunt, ut, mores patrum fideliter imitati, Eucharisticum cultum tamquam signum Fidei, adversus errores propugnaculum, actuosae virtutis in re quoque sociali incitamentum sibi proponere et agitare contendant.

Huius rei causa non tantummodo Columbianos alloquens, sed universos undique terrarum in unum conventuros, animis precibusque ad Deum erectis, ut e sacrosancto Eucharistico Bogotensi Conventu sumant

[2] Cfr. *Prov.* 8, 35.

[3] Cfr. *Col. 1,* 20.

[4] Oecumenicum Concilium Vaticanum II, *Constitutio de Sacra Liturgia,* n. 47: *A. A. S.* 56 (1964) p. 113.

stimulos, hauriant vires ad socialium communiumque necessitudinum statum concorditer componendum.

Orandum siquidem est et opera collocanda, ut istis in regionibus, pax Christi in regno Christi imperet, sensus fraternitatis emergat, intellegentia honesti rectique invalescat, iustitia abundet non violentis plebis perturbationibus, quae peiora saepe pariunt, sed salubribus sanciendis legibus, tenuiorum civium classibus apprime profuturis, christianis dogmatis evulgatis et in rem deductis praeceptis. Caelestia dona huiusmodi pacis et caritatis conciliet Beatissima Virgo Maria a SS. Rosario, quae in templo Chiquinquirensi salutata est Patrona et Regina Columbiae gloriosa, semper opifera mater gratiae, spei sanctaeque laetitiae, in qua sita fiducia numquam in vacuum cadet et exspectatione meliora assequetur, quia materna magnificentia plus optat largiri quam filiorum supplex indigentia suscipere.

Multum denique cupientes ut honorabilis Pontificii Legati a latere munere summa cum dignitate et observantia fungaris, tibi, Dilecte Fili Noster, Cardinali Archiepiscopo Bogotensi, Columbiae ceterisque sacrorum Antistitibus, Episcopis, Magistratibus Aliisque universis, qui Eucharistico Conventui ex omnibus gentibus adfuturi sunt, Apostolicam Benedictionem effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Iulii anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

III

Ad Rev.mum P. Rolandum Huot, Congregationis Presbyterorum a SS. Sacramento Generalem Moderatorem, saeculo volvente a S. Petri Iuliani Eymard piissimo obitu.

PAULUS PP. VI

Annuus temporis cursus proxime feliciter revehet, sollemniore celebrandum memoria, diem, quo centum ante annos S. Petrus Iulianus Eymard de terrestri vita ad sempiternae beatitatis praemium excessit. Hic tibi, dilecte Fili, et sodalibus religiosae familiae, cui moderaris, aequam suppeditabit rationem, et pietatis officium non uno nomine congruens erit, ut legiferum patrem vestrum diligentius ipsi honoretis, eiusque vitae eventus, pie res gestas, pulcherrimas cogitatas virtutis et

operae species, nominatimque pretiosam vobis traditam spiritualem hereditatem, a plurimis agnoscenda et aestimanda curetis. Quem quidem si mentis oculis consideremus, temperare Nobis non possumus, quin eorum, quae superno quodam instinctu actus, ipse pro Dei gloria et pro Ecclesiae emolumento et decore excogitavit, admiratione teneamur.

Surrexit is quasi ignis, et verbum ipsius quasi fácula ardebat:[1] ignem - que, quem Iesus A^enit mittere in terram,[2] longe lateque sparsit, generoso conato eo annitens, ut si fieri posset nemo, qui se Christi asseclam esse gloriatur, a calore eius, altore gratiae, sanctitatis, vitae se subduceret. Magnifica fuit illa vox ac celso animo viri sapientis digna : « Adveniat regnum tuum eucharisticum semper et ubique locorum » ; et quod sibi proposuit firma sanctaque voluntate, tarda nesciente molimina, perfecit. In Iesum Christum sub velamine Eucharistici Sacramenti delitescentem inflammatus cum esset amore, religiosa Instituta, tum virorum, tum mulierum, ad cultum Eucharisticum fovendum condidit et ad huic Sacramento divinos honores tribuendos apud sacerdotes, et cuiuslibet condicionis et aetatis fideles, eandem ob causam provida incepta promovit, praeter alia merito suo id faciens, ut ad celebrandos Eucharisticos Conventus omne genus, nostrae aetatis religionis et pietatis nobile insigne, via sterneretur.

Profecto immensa sane bonorum affluentia, quae in sacrosanctis illis mysteriis inclusa est, nullo eloquio explicari potest. Cum ceteris Sacramentis Eucharistia comparata, illa rivuli, haec fons dicenda est : fons scilicet omnium gratiarum, omnium charismatum scaturigo, quia, auctorem gratiae et salutis, Christum Dominum, admirabili modo continet atque adeo quidquid est boni, perfectionis, vitae, quo litando, sumendo, adorando cum plenitudine fidei acceditur.

Hanc quoque ob causam ut contra novos errores, quibus negatione vel dubitatione pallescunt veritates basalto firmiores atque inde defervet caritas complurium, inexpugnabile opponatis propugnaculum, pulcherrimo vobis commisso fungimini munere, caelestis Sacramenti maiestatem illustrandi eiusque cultum exemplo, ore, opere in immensum propagandi. « Oremus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, et vos in illo secundum gratiam Dei nostri et Domini Iesu Christi » .[3]

[1] **Cfr. *Eccli.* 48, 1.**

[2] **Cfr. *Lc.* 12, 49.**

[3] **¿7 *Thess.* 1, 11-12.**

Hic non tenuis labor, at laus non parva, et meritorum opima messis et ingens numerus.

Haec ex animo ominati plurimumque cupientes, ut S. Petri Iuliani Eymard commemoratio par sit granditati eius nominis et causae, cui se devovit strenuissime, eaque praesentibus malis comparet remedium, Apostolicam Benedictionem, divini auxilii et solacii pignus, tibi, dilecte Fili, et universis Presbyteris a SS. Sacramento vestrisque inceptis peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xix mensis Iulii, anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIO

Christifideles coram admissos Beatissimus Pater de recens editis Encyclicis Litteris « Humanae vitae » alloquitur. *

Diletti figli e figlie,

Le Nostre parole hanno oggi un tema obbligato dalla Enciclica, intitolata *Humanae vitae,* che abbiamo pubblicato in questa settimana circa la regolazione della natalità. Riteniamo che vi sia noto il testo di questo documento pontificio, o almeno il suo contenuto essenziale, che non è soltanto la dichiarazione d'una legge morale negativa, cioè l'esclusione d'ogni azione, che si proponga di rendere impossibile la procreazione (n. 14), ma è soprattutto la presentazione positiva della moralità coniugale in ordine alla sua missione d'amore e di fecondità « nella visione integrale dell'uomo e della sua vocazione, non solo naturale e terrena, ma anche soprannaturale ed eterna » (n. 7). È il chiarimento d'un capitolo fondamentale della vita personale, coniugale, familiare e sociale dell'uomo, ma non è la trattazione completa di quanto riguarda l'essere umano nel campo del matrimonio, della famiglia, dell'onestà dei costumi, campo immenso nel quale il magistero della Chiesa potrà e dovrà forse ritornare con disegno più ampio, organico e sintetico. Risponde questa Enciclica a questioni, a dubbi, a tendenze, su cui la discussione, come tutti sanno, si è fatta in questi ultimi tempi assai ampia e vivace, e su cui la Nostra funzione dottrinale e pastorale è stata fortemente interés-

*** Die 31 mensis iulii a. 1968.**

sata. Non vi parleremo adesso di questo documento, sia per la delicatezza e la gravità del tema, che Ci sembrano trascendere la semplicità popolare del presente settimanale discorso, sia per il fatto che non mancano già e non mancheranno, intorno all'Enciclica, pubblicazioni a disposizione di quanti s'interessano del tema stesso.[1]

A voi diremo semplicemente qualche parola non tanto sul documento in questione, quanto su alcuni Nostri sentimenti, che hanno riempito il Nostro animo nel periodo non breve della sua preparazione.

Il primo sentimento è stato quello d'una Nostra gravissima responsabilità. Esso Ci ha introdotto e sostenuto nel vivo della questione durante i quattro anni dovuti allo studio e alla elaborazione di questa Enciclica. Vi confideremo che tale sentimento Ci ha fatto anche non poco soffrire spiritualmente. Non mai abbiamo sentito come in questa congiuntura il peso del Nostro ufficio. Abbiamo studiato, letto, discusso quanto potevamo; e abbiamo anche molto pregato. Alcune circostanze a ciò relative vi sono note : dovevamo rispondere alla Chiesa, all'umanità intera; dovevamo valutare, con l'impegno e insieme con la libertà del Nostro compito apostolico, una tradizione dottrinale, non solo secolare, ma recente, quella dei Nostri tre immediati Predecessori; eravamo obbligati a fare Nostro l'insegnamento del Concilio da Noi stessi promulgato ; Ci sentivamo propensi ad accogliere, fin dove Ci sembrava di poterlo fare, le conclusioni, per quanto di carattere consultivo, della Commissione istituita da Papa Giovanni, di venerata memoria, e da Noi stessi ampliata, ma insieme doverosamente prudenti; sapevamo delle discussioni accese, con tanta passione ed anche con tanta autorità, su questo importantissimo tema; sentivamo le voci fragorose dell'opinione pubblica e della stampa; ascoltavamo quelle più tenui, ma assai penetranti nel Nostro cuore di padre e di pastore, di tante persone, di donne rispettabilissime specialmente, angustiate dal difficile problema e dall'ancor più difficile loro esperienza; leggevamo le relazioni scientifiche circa le allarmanti questioni demografiche nel mondo, suffragate spesso da studi di esperti e da programmi governativi ; venivano a Noi da varie parti pubblicazioni, ispirate alcune dall'esame di particolari aspetti scientifici del problema, ovvero altre da considerazioni realistiche di molte e gravi condizioni sociologiche, oppure da quelle, oggi tanto imperiose, delle mutazioni irrompenti in ogni settore della vita moderna.

[1] **Cfr. ad esempio: G. Martelet,** ***Amour coniugai et renouveau conciliaire.***

Quante volte abbiamo avuto l'impressione di essere quasi soverchiati da questo cumulo di documentazioni, e quante volte, umanamente parlando, abbiamo avvertito l'inadeguatezza della Nostra povera persona al formidabile obbligo apostolico di doverOi pronunciare al riguardo; quante volte abbiamo trepidato davanti al dilemma d'una facile condiscendenza alle opinioni correnti, ovvero d'una sentenza male sopportata dall'odierna società;, o che fosse arbitrariamente troppo grave per la vita coniugale !

Ci siamo valsi di molte consultazioni particolari di persone di alto valore morale, scientifico e pastorale; e, invocando i lumi dello Spirito Santo, abbiamo messo la Nostra coscienza nella piena e libera disponibilità alla voce della verità, cercando d'interpretare la norma divina che vediamo scaturire dall'intrinseca esigenza dell'autentico amore umano, dalle strutture essenziali dell'istituto matrimoniale, dalla dignità personale degli sposi, dalla loro missione al servizio della vita, non che dalla santità del coniugio cristiano; abbiamo riflesso sopra gli elementi stabili della dottrina tradizionale e vigente della Chiesa, specialmente poi sopra gli insegnamenti del recente Concilio, abbiamo ponderato le conseguenze dell'una o dell'altra decisione; e non abbiamo avuto dubbio sul Nostro dovere di pronunciare la Nostra sentenza nei termini espressi dalla presente Enciclica.

Un altro sentimento, che Ci ha sempre guidato nel Nostro lavoro, è quello della carità, della sensibilità pastorale verso coloro che sono chiamati a integrare nella vita coniugale e nella famiglia la loro singola personalità ; e abbiamo volentieri seguito la concezione personalistica, propria della dottrina conciliare, circa la società coniugale, dando così all'amore, che la genera e che la alimenta, il posto preminente che gli conviene nella valutazione soggettiva del matrimonio; abbiamo accolto poi tutti i suggerimenti formulati nel campo della liceità, per agevolare l'osservanza della norma riaffermata. Abbiamo voluto aggiungere all'esposizione dottrinale qualche indicazione pratica di carattere pastorale. Abbiamo onorato la funzione degli uomini di scienza per il proseguimento degli studi sui processi biologici della natalità e per la retta applicazione dei rimedi terapeutici e della norma morale a ciò inerente. Abbiamo riconosciuto ai coniugi la loro responsabilità e quindi la loro libertà, quali ministri del disegno di Dio sulla vita umana, interpretato dal magistero della Chiesa, per il loro bene personale e per quello dei loro figli. E abbiamo accennato all'intento superiore che ispira la dottrina e la pratica della

Chiesa, quello di giovare agli uomini, di difendere la loro dignità, di comprenderli e di sostenerli nelle loro difficoltà, di educarli a vigile senso di responsabilità, a forte e serena padronanza di sé, a coraggiosa concezione dei grandi e comuni doveri della vita e dei sacrifici inerenti alla pratica della virtù e alla costruzione d'un focolare fecondo e felice.

E finalmente un sentimento di speranza ha accompagnato la laboriosa redazione di questo documento; la speranza ch'esso, quasi per virtù propria, per la sua umana verità, sarà bene accolto, nonostante la diversità di opinioni oggi largamente diffusa, e nonostante la difficoltà che la via tracciata può presentare a chi la vuole fedelmente percorrere, ed anche a chi la deve candidamente insegnare, con l'aiuto del Dio della vita, s'intende; la speranza, che gli studiosi specialmente sapranno scoprire nel documento stesso il filo genuino, che lo collega con la concezione cristiana della vita, e che Ci autorizza a far Nostra la parola dell'Apostolo : *Nos autem sensum Christi habemus,* noi poi teniamo il pensiero di Cristo.[2] E la speranza infine che saranno gli sposi cristiani a comprendere come la Nostra parola, per severa ed ardua che possa sembrare, vuol essere interprete dell'autenticità del loro amore, chiamato a trasfigurare se stesso nell'imitazione di quello di Cristo per la sua mistica sposa, la Chiesa; e che essi per primi sapranno dare sviluppo ad ogni pratico movimento inteso ad assistere la famiglia nelle sue necessità, a farla fiorire nella sua integrità, e ad infondere nella famiglia moderna la spiritualità sua propria, fonte di perfezione per i singoli suoi membri e di testimonianza morale nella società.[3]

È, come vedete, Figli carissimi, una questione particolare, che considera un aspetto estremamente delicato e grave dell'umana esistenza; e come Noi abbiamo cercato di studiarlo e di esporlo con la verità e con la carità che tale tema voleva dal Nostro magistero e dal Nostro ministero, così a voi tutti, interessati direttamente che voi siate o no alla questione stessa, chiediamo di volerlo considerare col rispetto che merita, nell'ampio e luminoso quadro della vita cristiana.

Con la Nostra Benedizione Apostolica.

[2] *1 Cor. 2,* 16.

[3] Cfr. Decr. *Apostolicam actuositatem,* n. 11; Const. Past. *Gaudium et spes,* n. 48.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

SALVATORIANAE REIPUBLICAE

DECRETUM

De erectione Vicariatus Castrensis

De erigendo Vicariatu Castrensi Reipublicae Salvatorianae inter Apostolicam Sedem et memoratae Reipublicae Magistratus sollemnis nuper inita est pactio eum in finem ut militibus et Christifidelibus ad Exercitum pertinentibus stabili convenientique ratione — quemadmodum catholicae nationis traditio exigit — Religionis solacia praestarentur.

Ad huiusmodi Conventionem perficiendam Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti S. Congregationis pro Episcopis Decreto, Vicariatum Castrensem Reipublicae Salvatorianae erigit atque constituit eumque, sartis tectisque legibus sollemni pactione statutis, sequentibus quoque instruit normis ad spirituale munus exercendum spectantibus :

1. Vicariatus Castrensis constabit : Vicario Castrensi, Pro-Vicario, Militum Cappellanis, omnibus Catholicam religionem profitentibus qui ad copias armatas Reipublicae, ad legiones a Publica Securitate atque ad « Cadetes » pertinent.

2. Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae in urbe S. Salvatoris in America erit.

3. Curia ad instar dioecesanae efformabitur atque ad eam pertinebunt : Pro-Vicarius, Cappellani consultores ceterique Administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii videntur.

4. Vicarius Castrensis — conlatis consiliis cum Reipublicae competentibus Magistratibus — ab Apostolica Sede deligetur et per peculiare S. Congregationis pro Episcopis Decretum officio ponetur.

5. Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria tum fori interni tum fori externi, speciali et cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Ca-

strensibus « Sollemne semper » a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 mensis aprilis anno 1951 editae.

In stativis autem castris et in locis militibus reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quoties, scilitet, idem Vicarius Castrensis eiusque Cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque Parochus, initis consiliis — quatenus fas est — cum Curia Vicariatus Castrensis.

6. Iurisdictioni Vicariatus Castrensis obnoxii erunt :

a) Sacerdotes omnes qui muneri Cappellani militum deputantur ; Religiosi sodales qui in nosocomiis aut in quibuslibet locis militibus reservatis stabiliter degunt.

d) Universi Christifideles qui sub vexillis Reipublicae actu militant, qui ad legiones a publica securitate pertinent et qui, vulgato nomine, « Cadetes » nuncupantur.

c) Qui eorundem familias constituunt, uxores, scilicet, liberi, parentes, propinqui ac famuli, ceterique ad copias addicti; dummodo omnes in copiarum stationibus aut in hospitalibus vel in aliis locis militibus reservatis stabiliter habitent.

7. Optimi expertique sacerdotes a Vicario Castrensi civilibus Magistratibus praesentantur ut, conlatis consiliis, muneri cappellani militum destinentur seu dicentur. Vicarii Castrensis ordinariae potestati, durante munere, subduntur; quoad ecclesiasticam disciplinam tamen potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt. Huic vero, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, et monito confestim Vicario Castrensi.

8. Quod ad militum Cappellanos Religiosos attinet, adamussim servetur Instructio de Cappellanis militum Religiosis, a Sacra Congregatione negotiis religiosorum sodalium praeposita, die 2 mensis februarii anno 1955 edita.

9. Pro-Vicario, si a Vicario Castrensi constitutus fuerit, necessarias et opportunas idem Vicarius Castrensis tribuet facultates.

10. Militum Cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum, ad normam memoratae Instructionis De Vicariis Castrensibus, instructi.

11. In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis, religiose servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C, id est : ((pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset », et accurate expleantur actus qui, ad

normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

12. Ad causas subditorum Vicariatus Castrensis sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tum in prima tum in altera instantia pertractandas, Vicarius Castrensis tribunal quoddam designet atque a Sacra Congregatione pro Episcopis peractae designationis adprobationem obtineat.

13. Vicarius Castrensis relationem de statu Vicariatus singulis quinquenniis exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in « Formula servanda » praescribuntur ab Apostolica Sede edita.

Quinquennia sunt fixa ad normam sacrorum canonum, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Salvatorianae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem, Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus, accedat et Romano Pontifici se sistat.

14. Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis — usque dum novus Vicarius Castrensis muneris possessionem ceperit — Pro-Vicarius, si adfuerit, assumet; secus Cappellanus maior in munere antiquior.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit facultatibus fruetur et oneribus adstringetur quae ius commune — congrua congruis referendo — Vicario Capitulari tribuit.

Ipsius praesertim erit Sacram Congregationem pro Episcopis de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda idem Summus Pontifex Excnlum P. D. Brunonem Torpigliani, Archiepiscopum titulo Mallianensem et in Republica Salvatoriana et Guatimalensi Nuntium Apostolicum, deputare dignatus est, opportunis et necessariis conlatis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis quamprimum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis martii 1968.

CAROLUS Card. **CONFALONIBRI,** *Praefectus*

L. © S-

£B Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 11 Ianuarii 1968. — Cathedrali Ecclesiae Apianae praefecit R. P. Pium Taofinu'u sodalem Societatis Mariae.

die 29 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Byzacena Exc. P. D. Ioannem Gay, hactenus Episcopum Imae Telluris et Petrirostrensis.

die 16 Februarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Tigisitanae in Numidia Michaelem Gasparem Coppenrath, e clero saeculari, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Pauli Mazé, Archiepiscopi Papeetensis.

— Cathedrali Ecclesiae Basseinensi R. D. Iosephum Mahn Eric, e clero saeculari.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sfasferiensi R. P. Silvium Zucchetta, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Venantii Filippini, Vicarii Apostolici Mogadiscioènsis.

die 23 Februarii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Zuritanae R. D. Ioannem Jadot, e clero saeculari, quem deputavit Delegatum Apostolicum in regionibus Thailandensi, Laosiensi, Malacensi et Singaporensi.

die 2 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gibbensi Exc. P. D. Aemilium Eliam Verhille, hactenus Episcopum Arcis Rousset.

die 11 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Hueensi Exc. P. D. Philippum Nguyen Kim Dien, hactenus Archiepiscopum tit. Parianum.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Bullensi Regio-

rum Exc. P. D. Petrum Martinum Ngo-dinh-Thue, hactenus Archiepiscopum Hueensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lakossaënsi, noviter erectae, R. D. Christophorum Adimou, e clero saeculari.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bamaecorensi R. P. Marianum Gutiérrez Salazar, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Cap., quem deputavit Vicarium Apostolicum Caronensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caput Cillensi R. P. Felicem Ley, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Cap., quem deputavit Administratorem Apostolicum Insularum Ryukyu (Kagoshima).

die 9 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Seulensi Exc. P. D. Stephanum Kim Sou-Hwan, hactenus Episcopum Masanensem.

— Cathedrali Ecclesiae Pinangensi R. D. Gregorium Yong, e clero saeculari.

— Cathedrali Ecclesiae Tshumbeensi R. D. Albertum Yungu, e clero saeculari.

— Cathedrali Ecclesiae Mananjariensi, noviter erectae, R. P. Robertum Chapuis, sodalem Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siccensi Exc. P. D. Iosephum Hagendorens, hactenus Episcopum Tshumbeensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Igilgilitanae R. P. Edmundum Fernando, sodalem Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Cardinalis Thomae Cooray, Archiepiscopi Columbensis in Ceylon.

— Titulari episcopali Ecclesiae Muliensi R. O. Osvaldum Gomis, e clero saeculari, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Cardinalis Thomae Cooray, Archiepiscopi Columbensis in Ceylon.

die 23 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Summensi Exc. P. D. Danielem Liston, hactenus Episcopum Portus Ludovici.

die 8 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Manensi, noviter erectae, R. D. Bernardum Agre, e clero saeculari.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DECRETUM

De titulo Basilicae Minoris

Domus Dei decorem et pulchritudinem Sancta Mater Ecclesia iugiter promovere studuit; quamobrem nunquam destitit aptas edere normas, quibus sacrarum aedium dignitas, iuxta temporum, locorum et gentium condiciones, opportune servaretur et incrementum acciperet. Ceterum christianorum fides et pietas plurimum contulerunt, ut templa, saeculorum decursu excitata, pulchriora et digniora fierent. Praeterea Summi Pontifices iis ecclesiis, quae prae aliis excellèrent, peculiaria munera largiti sunt, quae inter, iam amplius centum annos, titulus Basilicae Minoris recensetur. Qui quidem titulus nativa ratione intime connexus est cum titulo Basilicae Maioris, a saeculo tantummodo xvin Basilicis Patriarchalibus tributo.

Basilicae autem Patriarchales, ut omnes norunt, veluti partes Lateranensis Patriarchìi habebantur et sunt; nam, Archibasilica SS. Salvatoris, « caput, mater et magistra omnium ecclesiarum est ecclesia cathedralis Summi Pontificis, Basilicae vero S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii extra muros et S. Mariae Maioris, ecclesiae ad Summum Pontificem peculiari modo pertinentes habebantur.

Cum vero cuncta ecclesiastica Instituta ad mentem Concilii Vaticani secundi condicionibus et necessitatibus nostrorum temporum accommodanda sint, Sacra Rituum Congregatio, virorum peritorum votis et consiliis collectis, censuit, omnibus attente matureque perpensis, hunc Basilicae Minoris titulum esse quidem servandum, nova tamen ac ditiore significatione inducta, qua et intimius Petri cathedrae devinciantur, et peculiaris navitatis liturgicae atque pastoralis centrum evadant.

Ad hunc finem assequendum, Sacra Rituum Congregatio condiciones et obligationes ecclesiarum, quae Basilicae Minoris titulo erunt

[1] ***Descriptio Lateranensis Ecclesiae,* 2: ed. R. Valentini - *G.* Zucchetti, *Codice Topografico della Città di Roma,* III, Roma 1946, p. 335; cf. S. Petrus Damiani, *Epistularum,* lib. II, i: *PL* 144, coli. 255-256.**

augendae, necnon concessiones titulo adnexas, accurate recognovit et opportune immutavit.

Quae quidem sunt :

I. CONDICIONES

1. Ecclesia congruenti amplitudine et artis decore emineat eiusdemque forma liturgicis legibus adamussim respondeat.

2. Consecrata sit.

3. In universa dioecesi quadam celebritate gaudeat, v.g. quia corpus vel insignis reliquia alicuius Sancti canonizati in ea asservatur, vel celebris imago ibidem peculiari veneratione colitur, vel ipsa ecclesia refertur ad singularem quendam eventum religiosae dioecesis historiae.

4. Vitae religiosae et pastoralis veluti radiationis centrum exsistat ; hinc :

a) sacrae Liturgiae et praesertim Eucharistiae celebratio omnimoda cum dignitate peragatur, quae sit aliis in exemplum, sive ob liturgicarum legum observantiam sive ob actuosam populi participationem ;

d) Schola Cantorum ibi habeatur ac praeterea non desit qui fidelium participationem ducere et sustinere queat ; [2]

c) sacerdotes numero sufficientes ecclesiae addicti et confessarii paenitentium necessitati, statutis horis, praesto sint;

d) verbi divini praedicatio frequens fiat nec ad homiliam dierum festorum dumtaxat redigatur.

II. OBLIGATIONES

5. Intra Basilicae fines promoveatur religiosa fidelium institutio, peculiaribus cursibus instructionis, collationum seriebus, ceterisque eiusmodi inceptis.

6. Inter Basilicae opera et incepta plurimum tribuatur studio et vulgationi documentorum, quibus Summi Pontificis mens et magisterium exhibetur.

7. In ipsa Basilica singulari cum solemnitate celebrentur :

a) festum Cathedrae S. Petri (22 febr.) ;

h) festum SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.) ;

c) anniversarium exaltationis Summi Pontificis.

[2] **Cf. Instr. *Musicam Sacram,* nn. 19-22.**

8. In quavis Basilica, pro opportunitate, diebus praesertim festivis, una alterave Missa,, sive lecta sive in cantu, lingua latina celebretur.[3] In eiusmodi Missis cantatis gregorianae melodiae vel sacra polyphonia peculiari cura et studio proferantur.

9. In fronte Basilicae Summi Pontificis vel Apostolicae Sedis insignia collocentur.

III. CONCESSIONES

10. Fideles plenariam indulgentiam, suetis condicionibus, acquirere possunt Basilicam diebus infrascriptis visitantes :

a) in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.) ;

"b) in festo Titularis;

c) in dedicatione S. Mariae de Portiuncula (2 aug.);

d) die ad libitum semel in anno electa.

11. In Missis, in quibus habetur participatio alicuius peregrinationis aut magnus populi concursus, dici potest *Credo.*

12. Signum pontificium, idest Claves decussatae, adhiberi poterit in vexillis, in supellectile, in sigillo Basilicae.

13. Rectori Basilicae super rocchetum uti licet mozzetta ex serico nigro cum oris, ocellis et globulis rubini coloris.

14. Ecclesiae, quae titulum Basilicae iam consecutae sunt, condicionibus et obligationibus, de quibus supra in nn. 1-9, pro viribus aptentur.

15. Preces, ad obtinendum titulum Basilicae Minoris pro quavis ecclesia, etiam exempta, a loci Ordinario porrigendae sunt, qui de requisitarum condicionum exsistentia testimonium exhibebit. Ipse Ordinarius in petitione indicabit quot et quae Basilicae in dioecesi iam inveniantur. Precibus demum adnectantur opuscula, libri, imagines luce impressae, ex quibus ecclesiae forma, structura, condicio, sufficienter illustrentur.

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI, in Audientia die 6 mensis Iunii decurrentis anni infrascripto S. Rituum Congregationis Secretario concessa, praesens approbavit Decretum et auctoritate Sua confirmavit, statuens, ut ecclesiae, quae

[3] **Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 54; Instr. *Inter Oecumenici,* n. 59; Instr. *Musicam Sacram,* n. 48.**

titulum Basilicae Minoris in posterum obtinebunt, supra recensitas condiciones praeseferant, et obligationes inde consequentes adimplere valeant.

Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

Ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 6 Iunii 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. m s.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

II

PRECES PRO ITALICA REPUBLICA

In Missa conventuali recitandae in ditionibus Italiae ad normam articuli 12 pacti cum Apostolica Sede Concordati.

In omnibus Dominicis aliisque festis de praecepto servandis, in cunctis ecclesiis Capitulum et Officium chorale habentibus, in Missa conventuali, Orationi fidelium sequens inseratur deprecatio :

Ut Italiam eiusque Praesidem
caelesti favore prosequatur atque conservet,
cunctisque Nationis civibus ac moderatoribus
vitae prosperitatem salutemque
cum pace atque concordia largiatur,
Dominum deprecemur.

Perché Dio benedica e protegga
l'Italia e il suo Presidente,
e doni alla Patria e ai suoi governanti
vita, prosperità e salvezza
nella pace e nella concordia,
preghiamo fratelli.

Ex Secretaria Sacrae Rituum Congregationis, die 3 Septembris 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

NEAPOLITANA

Nullitatis matrimonii (Kappler - Janns)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Leonera Janns, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 9 octobris 1968, hora undecima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Leonera Janns, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Adamus Pucci, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 25 mensis iulii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Leonera Janns, défenderesse en cette cause, nous la citon à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 9 octobre 1968, à» 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Leonera Janns, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Baglioni - Amandola)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Pauli Baglioni, conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 16 octobris 1968, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei ***2Jj*** *aprilis 1968 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.*

Ordinarii locorum, parochi et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Pauli Baglioni, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ernestus Fiore, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 mensis iulii a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Paul Baglioni, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 octobre 1968, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

La sentence du Tribunal de la Rote en date du ***24*** *avril 1968 doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Paul Baglioni, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citationes edictales

I

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Du Monceau - Dresseihuys)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Lorraine Dresseihuys, Neo-Eboraci die 16 octobris 1928 natae et in causa de qua supra conventae, eamdem citamus ad comparendum coram Tribunali Secundae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 24 octobris 1968, hora duodecima, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae dominae Lorraine Dresseihuys, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ph. Giannini, V. *Off.*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 23 iulii 1968.

I. Nastasi, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Lorraine Dresselhuys, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma) le 24 octobre 1968, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Lorraine Dresseihuys, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

NEAPOLITANA

Nullitatis matrimonii (Cimmino - Lek)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Stephani Jerzy Lek, 42 annorum, in Polonia nati et in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum coram Tribunali Appellationis Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), vel coram Tribunali Vratislaviensi in Wroclaw in Polonia (ul. Katedraln, 13), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, die 31 octobris 1968, hora duodecima, ad dubium concordandum :

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Stephani Jerzy Lek, curent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Bruno Prévôt, *Vice-Officialis ac Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Appellationis Vicariatus Urbis, die 14 septembris 1968.

Antonius Longo, *V. Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Etienne Jerzy Lek, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de Seconde Instance du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), ou au siège du Tribunal de Wroclaw en Pologne (ul. Katedraln, 13), le 31 octobre 1968, à 12 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté :

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Etienne Jerzy Lek, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

3 agosto 1968. S. E. Revma Mons. Torpigliani Bruno, Arcivescovo tit. di Malliana, *Nunzio Apostolico nel Congo.*
27 » » L'Ilìmo e Revmo Mons. Prigione Gerolamo, *Nunzio Apostolico in Guatemala e El Salvador.*

Oon Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, a norma del Motu Proprio «Pro comperto sane», ha nominato S. E. Revma Mons. Carraro Giuseppe, Vescovo di Verona, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

NECROLOGIO

28 luglio 1968. L'Emo Signor Card. Herrera y Oria Angel, del Titolo del S. Cuore di Maria a Piazza Euclide.
31 » » L'Emo Signor Card, de la Torre Carlos Maria, del Titolo di S. Maria in Aquiro.
14 agosto » L'Emo Signor Card, da Silva Augusto Alvaro, del Titolo di S. Angelo in Pescheria, Arcivescovo di Säo Salvador da Bahia.
» » » Monsig. Pekala Karol, Vescovo tit. di Trocmade, Ausiliare di Tarnòw.
16 » » Monsig. Coimbra José André, Vescovo di Patos de Minas.
17 » » Monsig. Greif John F., Vescovo di Tororo.
5 settembre » Monsig. Gaiinon John Mark, Arcivescovo di Tacarata.
15 » » Monsig. Massa Pedro, Vescovo tit. di Ebron.
16 » » Monsig. Pawlowski Antoni, Vescovo di Wladislavia.
23 » » Monsig. Alonso Muñoyerro Luis, Arcivescovo tit. di Sion, Vicario Castrense per la Spagna.

An. et vol. LX | 31 Octobris 1968 | N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MARINGAENSIS
(PARANÁVIENSIS)

Dismembratis e Maringaënsi dioecesi territoriis, nova conditur dioecesis « Paranaviensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nil gratius Nobis contingit, qui rei catholicae Dei voluntate summam habemus, quam Ecclesiam in orbe terrarum securo incessu sensim progredi conspicere, atque sapienti consilio novos semper filios Christo eiusque beatitatis regno adiungere, quasi minimum granum illud sinapis, quod in silentio crescit et patulas frondes dilatat, ut animos ex fallaci errore eripere possit. Quam ob rem cum venerabilis Frater Sebastianus Baggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et in Brasilia Apostolicus Nuntius, collatis consiliis cum Iacobo Aloisio Coelho, Episcopo Maringaënsi, audita Conferentia Episcopali Brasiliana, id proposuerit ut partito territorio Sedis Maringaënsis nova dioecesis ex eo excitantur, Nos haec omnia probantes sequentia decernimus. Eorum omnium consensum supplentes qui hac super re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, a dioecesi Maringaënsi integrum separamus territo-

rium municipiorum — prout in praesens lege civili circumscribuntur — quae vulgo cognominantur Alto Paraná, Amapora, Diamante do Norte, Guairacá, Itauna do Sul, Loanda, Mirador, Nova Aliança do Ivaí, Nova Londrina, Paraíso do Norte, Paranavaí, Planaltina do Paraná, Porto Rico, Querencia do Norte, Santa Cruz do Monte Castelo, Santa Isabel do Ivaí, Santo Antonio do Caiuá, Sao Carlos do Ivai, Sao Joäo do Caiuá, Sao Pedro do Paraná, Tamboara, Terra Rica, eaque territoria in novae dioecesis formam redigimus, *Paranaviensis* appellandae iisdemque cingendae finibus ac civilis regio e qua fit. Hanc novam dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Curitibensi; item eius Episcopum, ad normam iuris auctoritati eiusdem Sedis Archiepiscopi obnoxium. Sedes episcopalis in urbe vulgo « Paranavaí » erit, magisterii episcopalis autem cathedra in curiali templo ibidem exstante, Deo in honorem S. Sebastiani Mart. dicato, quod ad cathedralis dignitatem attollimus, donec aliud B. M. V. Ecclesiae Matri dicandum extruatur. Sacro vero Praesuli, praeterquam quod omnia iura facimus, obligationes etiam imponimus muneris proprias. Canonicorum collegium condatur, iuxta tamen peculiares normas per alias sub plumbo Litteras edendas; quamdiu autem dioecesis Canonicorum senatu carebit, permittimus ut Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint. Mensam episcopalem efficient : fidelium collationes, Curiae proventus, congrua pars bonorum, si qua sint, quae novae Sedi obvenient, ad normam canonis 1500 C. I. C. De pueris atque adulescentibus recipiendis et educandis, qui ad sacerdotium Dei instinctu vocentur, serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » necnon regulis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; ceterum cum iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Simul ac Paranaviensis dioecesis condita fuerit per harum Litterarum effectionem, eo ipso Sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in cuius territorio beneficium vel officium legitime habeant. Ceteri Sacerdotes, clerici atque Seminarii tirones, ei in qua domicilium habeant. Acta et documenta novam dioecesim quoquo modo respicientia a Curia Maringaënsi ad Paranaviensem transferantur, ut in condendo tabulario religiose custodiantur. Haec omnia ut ad effectum adducantur curet venerabilis Frater Sebastianus Baggio, quem diximus, vel ab eo delegatur vir, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutus. Qui autem negotium perfecerit congrua documenta exarari iubeat ad Sacram-

que Congregationem pro Episcopis mitti, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae apud S. Petrum, die vigesimo mensis ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 26.

II

BONAËRENSIS

Exarchatus apostolicus pro fidelibus ritus byzantini Ucrainorum in Argentina conditur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ucrainorum fidelium, in Argentina degentium, coetum, qui ad Ordinariatum illum pertinet pro fidelibus rituum orientalium anno MCMLIX ibi locorum constitutum, magis magisque pollere ita libenti animo acce-

pimus, ut concedere opportunum visum fuerit eorum omnium precibus, qui ut ad gradum exarchatus apostolici idem eveheretur ab Apostolica Sede petierunt. De huiusmodi autem negotio ad Nos rettulit venerabilis Frater Noster Hamletus Ioannes S. R. E. Cardinalis Cicognani, a publicis Ecclesiae negotiis, audita scilicet Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali deque sententia Archiepiscopi Bonaërensis eiusdemque Ordinarii pro fidelibus rituum orientalium, Conferentiae praeterea episcopalis pro Argentina, ac denique Apostolici in eadem natione Nuntii. Quapropter, suprema Nostra potestate *exarchatum apostolicum* pro fidelibus ritus byzantini Ucrainorum in Argentina commorantibus condimus, cui tamquam Exarchum venerabilem Fratrem Andream Sapelak, Episcopum titulo Sebastopolitanum in Thracia praeficimus, adhuc Visitatorem Apostolicum pro iisdem Ucrainis in Argentina, datis iuribus impositisque obligationibus congruis. Novus exarchatus metropolitanae Sedi Bonaerensi, instar Ecclesiae suffraganeae, subdatur; eius vero Sedes in Bonaerensi urbe sit, in qua videlicet sacer Praesul domicilium habet, in quaque exarchale templum est. Mandamus praeterea ut Consultores exarchales eligantur, qui Praesuli in gerendis negotiis assistant. Mensam exarchalem constituent sive pecuniae a fidelibus sponte oblatae, sive paroeciarum tributa, sive denique bonorum reditus ad exarchatum pertinentium. De pueris adulescentibusque qui ad sacerdotium Dei instinctu vocentur, statuimus ut ad Seminaria quoad fieri poterit mittantur pro Ucrainis exstructa, praesertim Romae. Sedi exarchali atque eius Antistiti iura omnia ac privilegia competunt quae in Litteris Apostolicis de ritibus orientalibus et de personis, datis die 2 mensis Iunii, anno 1957, a can. 366 ad 387 recensentur; hoc tamen cauto, quod potestas iurisdictionis Exarchi in fideles Ucrainos exercenda erit non exclusive sed cumulate cum potestate Ordinariorum locorum ritus latini, qui tamen secundaria ratione iure suo utantur. In locis ubi paroecia pro fidelibus Ucrainis desit, parochus latini ritus curam ipsorum gerat, donec proprii ritus parochus constituatur aut sacerdos pro ipsis designetur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis

sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

MAXIMILIANUS Card. DE FURSTENBERG
8. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

***Loco* © Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 35.

III

SOROCABANAE ET ALIARUM (ITAPEVENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Sorocabana, Botucatuensi et Santosensi, alia constituitur dioecesis, « Itapevensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantum spei bonae in novae circumscriptionis constitutione ponamus atque collocemus, quantumque gaudii inde capiamus, qui christianae Rei publicae praesidemus, ex eo denique colligi poterit, quod non solum, nova condita Ecclesia, res aptius et commodius disponi censemus, verum etiam quod per eam ignis alius veluti accenditur, qui exardescat in animis, et lux affulget alia, qua homines collustrentur in hac offusa caligine vita. Quandoquidem ergo venerabiles Fratres Henricus Hector Golland Trindade, Archiepiscopus Botucatuensis, Iosephus Melhado Campos, Episcopus titulo Hospitensis, Coadiutor cum iure successionis et Apostolicus Administrator « Sede plena » dioecesis Sorocabanae, et David Piciio, Episcopus Santosensis, id petierunt ut e suis Ecclesiis nova excitaretur dioecesis, post quidem auditam Conferentiam episcopalem Brasilianam, quam dicunt, Nos haec statuimus atque iubemus, aeque expostulationi eorum concedentes, non ante tamen, quam tum venerabilem Fratrem Sebastianum Baggio sententiam roga-

vimus, Archiepiscopum titulo Ephesinum atque in Brasilia Apostolicum Nuntium, et venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositorum consilium audivimus. A dioecesi Sorocabana territorium municipiorum, quae sequuntur, separamus : Baräo de Antonina, Buri, Capäo Bonito, Coronel Macedo, Guapiara, Itaberá, Itapeva, Itaporanga, Itararé, Ribeiräo Branco, Ribeiräo Vermelho do Sul, Taquarituba; ab archidioecesi vero Botucatuensi, municipia : Factura, Itaí, Paranapanema, Taguaí ; a dioecesi denique Santosensi, territoria municipiorum : Apiai, Barra do Turvo, Iporanga, Ribeira; quibus territoriis omnibus novam dioecesim condimus, *Itapevensem* cognominandam, atque iisdem finibus terminandam, quibus territoria cuncta, e quibus coalescit, ut sunt hodie lege civili circumscripta. Sedes dioecesis in urbe Itapeva collocabitur; cathedra vero in templo Sanctae Annae, in eadem civitate ; quod sane cathedrale habebitur. Nova dioecesis suffraganeam constituimus Sedis S. Pauli in Brasilia; atque ideo erit sacer eius Praesul iurisdictioni metropolitanae talis Archiepiscopi subiectus. Qui praeterea, cathedrale collegium Canonicorum condet, ad normas per alias Litteras dandas. Interim autem Consultores dioecesanos eliget, qui in negotiis explicandis eum iuvent consiliis et opera. Eius etiam erit Seminarium excitare pueris excipiendis, qui ad sacerdotium sint a Spiritu Dei Sancto vocati; in qua re, praeter normae iuris communis, etiam decretum Concilii Vaticani II servetur « Optatam totius », et regulae Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Id etiam Episcopus cavebit ut suo tempore iuvenes qui fuerint meliores Romam mittat, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophia ac sacra Theologia imbuendis. Ad clerum quod attinet, ita res agatur ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi addicantur, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in cuius territorio legitime degant. Mensa episcopalis efficietur : bonis, pro rata parte, quae novae Sedi obvenient, ad normam canonis 1500 C. I. C. ; Curiae emolumentis, collationibus populi. Acta denique et documenta, quae ad novam circumscriptionem pertinent, ad eius Curiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum haec, quae iussimus, venerabilis Frater Sebastianus Baggio exsequi curabit, vel quem ille delegabit. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea

haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco iB Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 52.

IV

GARUENSIS

(MARUANAE-MOKOLENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a diocesi Garuensi, nova praefectura apostolica conditur, « Maruana-Mokolensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam Ecclesiarum omnium cura Nos, sic ut beatum Paulum apostolum (cf. *2 Cor.*, 11, 28), in magnas cotidie sollicitudines adducit, utpote quibus iustissimo Deo ratio de omnibus reddenda sit, quos fidei Nostrae commisit, simul tamen haec cogitatio Nos haud mediocriter confirmat ac solatur, progredi fidem Nostram atque religionem in omnibus gentibus, christianumque nomen ita in populis propagari, ut iam verissima appareant quae sive Prophetae sancti, sive ipse Christus de regni Dei amplificatione locuti sint. Quam ob rem, ipsius religionis Christi intendendae causa, cum Sacra Congregatio Fidei Propagandae, audito venerabili Fratre Aloisio Poggi, Archiepiscopo titulo Forontonianensi atque in Cammarunia Pronuntio, itemque Ivone Plumey, Episcopo Garuensi, quid sentirent, in eam sententiam venisset ut ibi loci

nova praefectura apostolica constitueretur, Nos rebus bene considera-tis, haec statuimus. Partes boreales dioecesis Garuensis, seu Départe-ment de Diamaré, et Département de Margui Wandala sine tamen districtu de Kaelé, ut vulgari sermone dicere solent, a dioecesi Garuensi distrahimus, atque in novae praefecturae apostolicae formam redigi-mus, factis nempe iuribus, quae circumscriptionibus huius ordinis pro-priae sunt. Hanc autem Ecclesiam *Maruanam-Molcolensem* appellari censemus, eiusque regimen Congregationi Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae damus, cuius Sodales paterne hortamur ut fini-bus Christi imperii proferendis nihil omittant. Ceterum, quae iussimus, venerabilis Prater ad exitum deducet Aloisius Poggi, quem diximus, vel ille quem ipse legaverit. Re vero acta, documenta exarabit atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mitti curabit.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Consti-tutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

A**LOISIUS** Card. T**RAGLIA**
/S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. A**GAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In ***Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 68.***

V

COTONUENSIS
(LOKOSSENSIS)

Ex quibusdam territoriis ab archidioecesi Cotonuensi detractis, nova conditur dioecesis, « Lokossensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesia sancta Dei omnibus populis se benigna accommodât, ea instituens per quae vera religio in gentibus annuntietur et uberior usque divinae gratiae copia communicetur. Cum autem Sacrum Fidei Propagandae Consilium, post auditos venerabilem Fratrem Ioannem Benelli, Archiepiscopum titulo Tusuritanum et olim Apostolicum in Africa Occidentali Delegatum, necnon Ordinarium loci, rei christianae provehendae valde conferre censuerit si nova dioecesis ibi conderetur, libenti animo eiusmodi consilium accipimus. Qua de re, suprema et apostolica Nostra usi potestate, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Cotonuensi integrum territorium seiungimus, quod civilis circumscriptio vulgo « Mono » cognominata complectitur, atque ex eo novam dioecesim constituimus, *Lokossensem* ab urbe principe appellandam, quae a saeculari clero Dahomeyensi regetur et administrabitur. Novae circumscriptionis sedem Episcopus in urbe ponet cui nomen ((Lokossa », cathedram vero in templo principe ibi exstante, quod ad dignitatem cathedralis evehimus, cum iuribus et privilegiis. Etiam sacer Antistes, ut aequum, iis omnibus iuribus utetur et privilegiis quibus residentes Episcopi per terrarum orbem fruuntur, oneribusque congruis obligabitur. Sive dioecesis Lokossensis praeterea sive eius Antistes Sedi metropolitanae Cotonuensi subicientur tamquam suffraganei. Quod autem ad regimen et administrationem attinet, ea serventur quae Codex Iuris Canonici statuit et peculiares leges quas Sacra Congregatio Fidei Propagandae dederit. Permittimus tamen ut ob locorum atque temporum adiuncta, Canonicorum loco Consultores dioecesani ab Episcopo deligantur qui ei consilio et ope assint. Volumus autem ut haec quae mandavimus facienda curet qui eo tempore quo hae Litterae Nostrae ad effectum adducentur, Apostolicus Delegatus in Africa Occidentali erit, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Ee vero acta documenta de more exarentur eorumque exemplaria ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore

volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efflcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae apud S. Petrum, die undecimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco g Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. CXXVII, n. Iß.

VI

GARUENSIS
(YAGUANAE)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Garuensi, nova praefectura apostolica conditur, « Yaguana » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Firma spe ducti legem evangelicam aptius inter populos proferri posse aeternaeque salutis apta subsidia quam pluribus praeberi hominibus, alias nonnumquam ex aliis ecclesiasticas circumscriptiones condere sacrisque providere Praesulibus libenter consuevimus, divinae gratiae rore favente. Quoniamque Sacrum Consilium Christianae Fidei Propagandae opportunum esse censuit si, certo territorio ex dioecesi Garuensi separato, nova conderetur praefectura apostolica idque faciendum

proposuit, post scilicet auditos sive venerabilem Fratrem Aloisium Poggi Archiepiscopum titulo Forontonianensem atque Apostolicum in Camerunia Pro-Nuntium sive venerabilem Fratrem Ivonem Plumey, Episcopum Garuensem, de suprema Nostra potestate sequentia decernimus et iubemus. Partes boreales extremas dioecesis Garuensis, seu vulgo Départements de Mayo Danai, Logone et Chari una cum districtu de Kaelé, a dioecesi Garuensi distrahimus atque in novae praefecturae apostolicae formam redigimus, omnibus datis iuribus, qui ad normam iuris communis huiusmodi ecclesiasticis circumscriptionibus competunt. Hanc autem praefecturam *Taguanam* appellari censemus, eamque Congregationi Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae gubernandam concredimus, quos hortamur ut nullis laboribus pareant ad Christi regnum ibidem prolatandum. Mandamus denique ut Nostras has sub plumbo Litteras ad effectum adducat venerabilis Frater Aloisius Poggi, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Re vera acta, documenta de more exarari studeat ad Sacramque Congregationem de Propaganda Fide quam primum mitti, rite signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. **AGAGIANIAN**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ **Plumbi**
In Ap. Canc, tab., vol. CXXVII, n. 69.

VII

SS. INCARNATIONIS ET PARANENSIS SUPERIORIS (DE PARANIA SUPERIORE)

Quibusdam territoriis detractis a praelatura SS. Incarnationis et Paranensi Superiore, nova quaedam conditur praelatura, « de Parania Superiore » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nulla nos Evangelii verba magis movent, quam quae Christus, adorano"us Dei Filius, beatissimo Petro fecit: «Pasce agnos meos... pasce oves meas » *(Io.* 21, 15-17) ; nam, cum reliquae omnes voces, quae ibi leguntur, communes sint omnibus, haec una ad Nos, tamquam ad sancti illius principis apostolorum successores, unos spectant, cuius sane praecipua munera et officia, quae sint, plane demonstrant. Haec autem profecto causa est, cur nullam umquam occasionem praetermittamus, si quando tempus ipsum dederit, singularum Ecclesiarum commodis atque utilitatibus providendi. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Ioannes Wiesen, Episcopus titulo Telmissensis atque olim Praelatus SS. Incarnationis et Paranensis Superioris, explorato quid coetus Episcoporum Paraquarianus sentiret, proposuerit ut de suae Sedis territorio nova praelatura conderetur, Nos, rati id posse in eius Ecclesiae utilitatem cedere, post auditum venerabilem Fratrem Victorem Hugonem Righi, Archiepiscopum titulo Baltensem atque in Re publica Paraquariana Apostolicum Nuntium, haec statuimus. A praelatura SS. Incarnationis et Paranensi Superiore integrum territorium separamus regionis, quam vulgo ((Departamento de Alto Paraná » cognominant, ut est lege civili terminata, novamque ex eo praelaturam constituimus, *de Parania Superiore* appellandam, id simul statuentes ut praelatura SS. Incarnationis et Paranensis Superioris posthac «SS. Incarnationis » tantum dicatur. Praelaticia huius Ecclesiae Sedes in urbe statuetur « Presidente Stroessner » populari sermone cognominata, in eademque urbe, in templo scilicet S. Blasii Martyris, ponetur cathedra, factis sacrae aedi iuribus quae sunt propria talium templorum. Praelatura de Parania Superiore erit SS. Assumptionis metropolitanae Sedi suffraganea ; eius mensam praelaticiam constituent tum Curiae emolumenta, tum fidelium christianorum collationes, tum dos a civili auctoritate danda, atque bonorum pars congrua, quae

ad normam canonis 1500 C.I.C. novae Ecclesiae obvenient. De Seminario struendo atque moderando id statuimus quod sive Ius Canonicum praescribit, sive leges Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, sive Decretum Concilii Vaticani II « Optatam totius » monet. Cum vero iuvenes adoleverint, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Collegio Piano Latino Americano philosophia atque sacra Theologia imbuendi. Simulatque praeterea nova praelatura per harum Litterarum exsecutionem condita erit, Sacerdotes qui in eius territorio beneficium vel officium habeant, eidem addicantur, tamquam proprius clerus, ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Ultimum, acta et documenta novae Sedis res seu personas respicientia, ad huius Curiam cito mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum quae mandavimus venerabilis Prater Antonius Innocenti fieri studebit, Archiepiscopus titulo Aeclanensis, cui omnem potestatem agendae rei facimus ; poterit autem idem et alium legare, si visum fuerit, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Idem, re acta, documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIERI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 80.

VIII

ABANCAIENSIS
(CHUQUIBAMBILLENSIS)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Abancaiensi, nova praelatura conditur, « Chuquibambillensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui idcirco in hac custodia et tamquam specula collocati sumus, ut vacuum, quantum fieri potest, sollicitudine populum christianum Nostra vigilia et prospicientia redderemus, non modo ea summopere curamus, quae ad castissimam Christi fidem religionemque firmandam propagandam conducant, sed et ad illa animum diligenter attendimus, quae singularum Ecclesiarum constitutionem, partitionem, administrationem respiciant, cum id haud parum boni atque commodi gignere soleat. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis et in Re publica Peruviana Apostolicus Nuntius, bene fieri censuerit, si in eadem Natione, partita dioecesi Abancaiensi, nova circumscriptio constitueretur, Nos re magna consideratione reputata, auditoque venerabili Fratre Alcide Mendoza Castro, Episcopo Abancaiensi, haec decernimus et iubemus. A dioecesi Abancaiensi civiles provincias separamus vulgo Grau, Antabamba, et Cotabambas, earumque territorio novam praelaturam condimus, *Chuquibambillensem* appellandam, atque metropoli Cuschensi suffraganeam. Antistes, cui eadem regenda committetur, sedem suam in urbe Chuquibambilla collocabit, cathedra suae potestatis in sacra aede Sanctae Crucis posita, quam honoribus atque iuribus templorum praelaticiorum cumulari concedimus. Mensam praelaticiam novae Sedis constituent : Curiae proventus, populi liberae collationes, dos a civili potestate danda, simulque congrua bonorum pars quae eidem proveniet ad normam canonis 1500 C. I. C. Ad sacri Seminarii constructionem puerorumque educationem quod attinet, serventur ad amussim tum leges iuris communis, tum quae monet decretum Concilii Vaticani II ((Optatam totius », tum denique normae a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica datae. Ad regimen item quod pertinet, ad electionem Vicarii Capitularis, hisque

similia, serventur praescripta Iuris Canonici. De Sacerdotibus atque clero ita disponimus, ut qui beneficium seu officium in novae Ecclesiae territorio habeant, ii eidem assignentur ceu proprius clerus, ceteri vero clerici et Seminarii tirones eidem, in qua legitime degant domicilio. Acta denique et documenta sive cives sive res novae praelaturae respicientia, ad Curiam eius cito mittantur, religiose custodienda. Ceterum quae iussimus venerabilis Frater Romulus Carboni exsequi curabit, vel quem ipse legaverit. Re vero acta, documenta exarentur quorum digna exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIER!**
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tai., vol. CXXVII, n. 81.

IX

KETAPANGENSIS - PONTIANAKENSIS (SEKADAUENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Ketapangensi et Pontianakensi, nova praefectura apostolica conditur, nomine « Sekadauensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quondoquidem condere dioecesim seu qualemcumque circumscriptionem ecclesiasticam idem est ac lumen accendere et ignem, quo homines aeque collustrentur in obscuro huius mortalis itinere vitae, aeque foveantur, ut calorem vigoremque ad certamina sumant, idcirco Nos, qui in fastigio sacerdotalis potestatis collocati sumus, laeto quidem animo novas Ecclesias condi curamus, quotiens christianae religioni commoda maiora praevideantur. Quam ob rem, cum Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando visum sit in Indonesia novam praefecturam apostolicam constituere, Nos, re bene reputata atque sententiam iis rogatis, quos oporteret, Ordinariis locorum, atque consilio expetito a venerabili Fratre Salvatore Pappalardo, Archiepiscopo titulo Milesiensi eodemque in Indonesia Apostolico Pro-Nuntio, ea quae sequuntur, decernimus atque iubemus. Eam partem districtus civilis, cui nomen vulgo Sanggau, ad meridiem fluminis Kapuas vergentem, a dioecesi Ketapangensi detrahimus; ita eam partem subdistrictus civilis Sekadau nuncupati, atque ad septemtrionem eiusdem fluminis spectantem, ab archidioecesi Pontianakensi separamus, ambasque in praefecturae apostolicae formam redigimus, *Sekadauensis* appellandae et curis Congregationis Clericorum excalceatorum SS. Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi concredendae : quos sane hortamur ut nihil laboris, sollicitudinis, industriae omittant christianae religionis finibus proferendis, ad beatorum apostolorum hortamina et exempla. Ceterum hae Litterae Nostrae eiusdem venerabilis Fratris Salvatoris Pappalardo cura ad exitum adducantur, facta, si visum fuerit, potestate quemvis delegandi, ad leges canonicas. Cum vero res acta fuerit, documenta exarentur, eorumque exempla, sincere conscripta, ad Sacram Congregationem pro Gentium evangelizatione cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Consti-

tutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem dërogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Francisco Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 56.

X

SONSONENSIS '
(RIVI NIGRI)

Templum S. Nicolai, in urbe Rivi Nigri, ad dignitatem concathedrali» tollitur dioecesis Sonsonensis; huius autem titulus ita mutatur, ut deinceps debeat « Sonsonensis-Rivi Nigri » appellari.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam Apostoli hoc unum iussi sunt a Christo, Dei Filio atque hominum Redemptore, et mundum peragrare, et omnes homines quacumque de gente caelestes veritates docere ac sacramento gratiae baptismate renovare (cf. *Mt.* 28, 19), nemo tamen non videt quantum ad sanctissimam Christi fidem propagandam in pectoribusque, quasi flammam, augendam apta ierum religiosarum, personarum, finium Ecclesiarum temperatiq et dispositio conferant. Quam ob rem, cum urbs, Rionegro populari lingua cognominata atque intra fines dioecesis Sonsonensis exstans, ob omni generis incrementa his annis momentum

suum auxerit, petieritque venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia, atque in Re publica Columbiana Apostolicus Nuntius, ut templum, in hac ipsa urbe Deo in honorem S. Nicolai Conf. dicatum, titulo concathedralis insigniretur ac dioecesis nomini appellatio Rivi Nigri quoque iungeretur, Nos ea quae Sacra Congregatio pro Episcopis, factis olim a Nobis facultatibus usa censuerit, probantes rataque habentes, haec decernimus. Servata dignitate dioecesis Sonsonensis eiusque cathedrae episcopalis, templum paroeciale S. Nicolai Conf., quod diximus, titulo templi *concathedralis* honestamus, cum iuribus, quae propria sunt huiusmodi sacrarum aedium. Praeterea sive Ecclesiae Sonsonensi, sive eius Episcopo titulum damus, praeter quem habent Sonsonensem, etiam Rivi Nigri, ita ut uterque cumulate *8onsonensis-Rivi Nigri* cognominetur. Denique sacro huius dioecesis Praesuli facultatem facimus ut suo arbitrio, ratione scilicet habita gloriae Dei animorumque salutis, in urbe Rivi Nigri resideat. Quae autem per has Litteras iussimus, ea venerabilis Frater Iosephus Paupini, quem diximus, ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis potestatibus; re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis aprilis, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. **CONFALONIERI**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CXXVII, n. 65.

EPISTULA

Ad Rev.mum Patrem Augustinum Trapé, Ordinis Fratrum S. Augustini Priorem Generalem, ob universae religiosae communitatis Coetum Philadelphiae habendum.

PAULUS PP. VI

Ordo Fratrum Sancti Augustini, cui tu, dilecte fili, sollerter praeesse cognoscens, in urbe Philadelphia, intra fines Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum, mox, ut ad Nos est allatum, Capitulum Generale celebrabit. Quod quanti momenti sit futurum, facile intellegitur, siquidem id agetur, ut secundum normas et praescriptiones Concilii Oecumenici Vaticani Secundi Familia ista Augustiniana collatis consiliis ad interiorem nitatur renovationem, apostolicam operositatem novo quodam ardore exsequendam perpendat, ad mutatas temporum condiciones et necessitates leges vitamque suam accommodet. Primum vero caput, quemadmodum notum est, principem obtinet locum, cum solum vera sanctificatio uniuscuiusque sodalis ac totius simul Communitatis efficiat, ut Ordo vester finem sibi propositum consequatur et munus in Ecclesia sibi mandatum obeat in huius aedificationem hominumque salutem. Praeterea haud leve negotium res vestras recognoscendi, emendandi, ad huius aetatis rationes dirigendi ex illa sanctificatione vim et efficacitatem hauriat oportet.

Laudabili quidem studio haec Ordinis vestri generalia comitia sunt praeparata ; in quibus etiam, vestra annitente diligentia, ea in clariore luce ponentur, quae eidem Familiae sunt propria et peculiaria atque primaria habenda, id est Augustinianitas, quam dicitis et ex qua firmo illo inniti vos decet fundamento religiosae conversationis, quam Sanctus Augustinus, in Africam reversus, Tagaste instituit; deinde Fraternitas eo pertinens, ut caritas, « dulce ac salubre vinculum mentium », [1] cuncta Ordinis membra consociet, ut aequalitas discrimina et pericula concordiae impendentia auferat, ut universi sodales quasi conglutinatis voluntatibus ac tamquam « cor unum et anima una », quemadmodum in Regula monentur, Deum quaerant et ministeria perficiant in populi fidelis utilitatem. Haec profecto animo Hipponensi Episcopi, cuius vos

[1] **S. Aug., *Serm.* 350, 3; *PL* 39, 1534.**

alumnos appellatis, videntur esse obversata, cum Ecclesiam sic est affatus : « Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quam sanguinis nectis ».[2]

Hac igitur caritate, quae « diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis »,[3] totus Ordo et singulae eius partes cömpaginantur et in unitatem coalescunt, ita ut <(unum hominem faciant)).[4] Quo Spiritu corpus Familiae vestrae vegetante, ea sit etiam oportet signum unitatis Ecclesiae eiusque veluti fermentum.

Curae vestrae eo quoque intendentur, ut vita contemplativa et activa apto fecundoque nexu inter se componantur, ita docente Sancto Augustino : ((Otium sanctum quaerit caritas veritatis : negotium iustum suscipit necessitas caritatis ».[5] Nolite ergo nimio illo exterius agendi rapi fervore, quo vita spiritualis enervetur et communiter vivendi societas detrimenta patiatur. Apostolatus autem, qui, licet singulis commissus, totius Communitatis putandus est onus et munus, exemplis Sancti Augustini, Pastoris optimi, fulciatur, qui ait : ((Non potestis ostendere quantum ametis Deum, nisi quantum apparueritis amare lucra Dei ».[6] Sic viventes demonstrabitis vos Ordinis vestri tenere institutum, ex quo Matri Ecclesiae singulari ratione estis devoti. Fidelitas vestra erga hanc Matrem, maxime erga Petri Sedem, his temporibus exsplendescat lateque colluceat.

Omnium denique bonorum Largitorem Deum rogantes, ut ad hoc Capitulum Generale congregatis propitius adsit et ut ex eodem Ordini isti et Ecclesiae spiritualium virium incrementa obveniant, tibi, dilecte fili, cunctisque sodalibus, tuae curae et moderationi commissis, Benedictionem Apostolicam paterna caritate impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die **VIII** mensis Augusti, anno **MCMLXVIII,** Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

[2] *De mor. Eccl. Cath.* **I. 30, 63;** *PL* **32, 1336.**

[3] *Rom.* **5, 5.**

[4] **S. Aug.** *Enarr. in ps.* **132, 6;** *PL* **37, 1733.**

[5] *De Civ. Dei,* **19, 19;** *PL* **41, 647.**

[6] *Serm.* **296, 10, 11;** *PL* **38, 1358.**

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt coetibus a Consilio v. d. « Commission Politique du Conseil de l'Europe » Romae habitis. *

Monsieur le Président, Messieurs,

C'est toujours bien volontiers que Nous accueillons les représentants des institutions européennes, et aujourd'hui Nous sommes heureux de saluer en vos personnes les membres de la Commission politique du Conseil de l'Europe, réunis à Rome. Maintes fois, à la suite de Nos Prédécesseurs, Nous avons saisi pareille occasion pour apporter Nos encouragements à tous ceux qui travaillent à l'unité des Pays européens.

Certes, faut-il le répéter, l'Eglise, en ce qui la concerne, ne poursuit aucun dessein politique particulier. Elle n'a d'ailleurs pas compétence pour susciter les meilleures solutions politiques, et les mettre en œuvre : cette responsabilité appartient à ceux qui ont reçu mandat à cet effet. Mais, du fait que vous travaillez à consolider la paix, à promouvoir le patrimoine commun de l'Europe, à régler équitablement les questions litigieuses, à apaiser les tensions internationales, à défendre les droits des personnes et des peuples, comment l'Eglise resterait-elle indifférente à vos efforts? Elle qui, selon le mandat reçu du Seigneur, invite ses fils à devenir des « artisans de paix », à avoir « faim et soif de justice » -[1] C'est dans ce but que Nous avons Nous-même créé la Commission pontificale d'études *Justice et Paix,* avec laquelle Nous sommes heureux que vous preniez contact au cours de vos journées romaines.

Le climat actuel, hélas, est sombre, dans une Europe qui semblait à l'abri des dramatiques conflits que connaissent d'autres régions. Les événements récents ont rappelé durement aux hommes de bonne volonté la précarité de leurs efforts, et il en sera ainsi tant que la force brutale prévaudra sur la justice, pour servir les intérêts des uns au détriment des droits des autres. Faut-il pour autant renoncer aux

*** Die 2 mensis septembris a. 1968.**

[1] **Cfr. *Matth.* 5, 6, 9.**

espoirs de détente et de paix? Qui le pourrait? Ne faut-il pas plutôt envisager avec courage et réalisme les moyens efficaces de les consolider? L'unification de l'Europe en est sans nul doute une des voies les plus sûres. Que les Pays membres de votre Conseil resserrent leur solidarité pour faire entendre, d'une manière aussi ferme que pacifique, la voix de la raison et de la justice! Qu'ils prennent à cœur les grandes causes internationales des populations en voie de développement, non point sur la base de leurs seuls intérêts économiques, mais, comme Nous le disions dans Notre Encyclique *Populorum progressio,* selon les lois de la justice internationale. Une telle attitude généreuse et désintéressée ne saurait demeurer sans résultats, et elle est bien digne de susciter la coopération des Pays de la vieille Europe, dont le riche patrimoine culturel, moral et religieux, imprégné des valeurs chrétiennes, brillera ainsi d'un nouvel éclat aux yeux du monde entier.

Votre tâche est certes délicate et complexe, mais qui n'en voit l'urgence et l'importance, pour préparer les chemins d'une collaboration qui soit sans esprit de retour entre vos Nations? Aussi est-ce de grand cœur que Nous formons des vœux ardents pour le succès de vos travaux et que Nous implorons sur vos personnes, vos familles et vos Pays, les Bénédictions du Tout-Puissant.

II

Iis qui e variis nationibus in pago Montis Porcii Catonis interfuerunt Conventui de « ergonomia ». *

Monsieur le Président,
Messieurs,

Nous sommes heureux de vous présenter Nos déférentes et cordiales salutations, à vous qui venez de participer au « Colloque international sur l'ergonomie et facteurs d'ambiance » grâce à l'initiative du Bureau international du travail et de l'Organisme national italien pour la prévention des accidents.

Nous sommes sensible à l'attention délicate que vous avez manifestée en Nous procurant le plaisir de cette rencontre. Car vous savez l'intérêt que l'Eglise porte aux problèmes auxquels vous consacrez votre compétence de spécialistes et votre engagement humain.

Aussi est-ce de grand cœur que Nous apprécions vos recherches au

*** Die 21 mensis septembris a. 1968.**

service de l'homme, que Nous les encourageons et les bénissons. Dépassant les stades empiriques ou purement techniques, coordonnant des expériences scientifiques qui relevaient jusqu'ici de secteurs distincts, vous voici à la recherche de lois, de normes universelles sur les conditions humaines du travail. N'est-ce pas un nouveau progrès scientifique à inscrire à l'honneur de l'intelligence de l'homme, appelé par Dieu à dominer la création?

Aussi l'Eglise n'hésite-t-elle pas à vous en rendre hommage, comme a tous les artisans des conquêtes de l'esprit, et à tous ceux qui s'emploient inlassablement à rendre la vie et le travail de l'homme plus humains. En adaptant le travail aux capacités réelles, physiques et psychologiques, du travailleur, c'est l'homme en effet que vous avez en vue : sa santé, son équilibre et son épanouissement. A ce titre, tout ce qui conditionne son labeur dans l'usine — vibrations, bruits, odeurs, climat, lumière, on pourrait ajouter : âge, milieu ouvrier, durée et horaire, échafaudages, logement, assistance sanitaire, sûreté sociale, dangers de l'alcool et de certains loisirs etc. — devient l'objet de vos préoccupations. Vous avez déjà contribué à diminuer les maladies et les accidents professionnels. Ce faisant, vous êtes conscients de favoriser, en même temps que le bonheur de l'ouvrier, le rendement de son travail, facteur nécessaire d'une économie en expansion.

Nous Nous en réjouissons, car l'essor économique doit toujours demeurer au service de l'homme, et lui permettre, au cours de son travail, comme dans les loisirs qu'il permet, de mener une vie où il puisse satisfaire les exigences intellectuelles, affectives, familiales, spirituelles de sa haute vocation. Quels que soient les impératifs de la grande industrialisation, il ne faut jamais, comme Nos Prédécesseurs l'ont affirmé avec force, que la matière sorte ennoblie de l'atelier, alors que l'homme s'y dégraderait. C'est vous dire que l'Eglise encourage ardemment étudiants et techniciens de tout ordre, représentants des gouvernements et des organisations internationales responsables du bien commun, à œuvrer, en dialogue avec les travailleurs et leurs représentants syndicaux, pour un progrès dont l'humanité vous sera très reconnaissante, et que le Seigneur bénira.

Quant à Nous, qui récemment encore, proclamions l'éminente dignité des travailleurs lors de Notre voyage en Colombie, Nous formons les meilleurs vœux pour le plein succès de vos travaux, et Nous implorons de grand cœur sur eux, comme sur vos personnes, vos familles et vos pays, les grâces abondantes du Dieu Tout-puissant,

III

Moderatoribus, Membris et Consultoribus e Secretariatu pro non Christianis, Romae Coetum habentibus. *

Il nous est particulièrement agréable de recevoir une représentation aussi distinguée des Membres et des Consulteurs du Secrétariat pour les non-chrétiens, tandis que vous vous préparez à tenir ici à Rome de laborieuses journées d'études, sous la direction sage et dévouée de Son Eminence le Cardinal Marella, et de ses collaborateurs immédiats.

Votre haute compétence scientifique, votre expérience qualifiée et votre prudence Nous ont encouragé à vous demander votre précieuse collaboration, dans une œuvre qui se révèle toujours plus nécessaire et plus urgente dans la vie de l'Eglise aujourd'hui. Nous voulons parler de la connaissance, de la compréhension, du dialogue et de la collaboration des chrétiens avec les adeptes des grandes religions non chrétiennes, dans un esprit de loyauté et de fidélité aux principes de la foi et en même temps de respect et d'estime pour leurs propres valeurs morales et spirituelles. Ainsi croîtra et s'affermira toujours davantage la fraternité de la famille humaine et deviendra effectif l'idéal de l'union de tous les hommes dans la lumière de Dieu.

Voici bientôt quatre ans, à la Pentecôte de 1964, Nous manifestions Notre volonté de donner vie à un Secrétariat pour les non-chrétiens. Nous sommes heureux aujourd'hui de constater, pour en avoir suivi la marche avec assiduité et de près, les progrès intéressants obtenus avec l'aide de Dieu. Le Secrétariat a trouvé de plus en plus clairement l'objet spécifique et formel de son activité, à savoir *l'Homme religieux*, véritable fondement de notre fraternité, cet homme qui, *interiori instinctu,* — pour adopter les mots de Saint Thomas [1] — est orienté profondément vers Dieu et le cherche, même inconsciemment, *non passibus corporalibus* — pour reprendre les paroles du Docteur Angélique — *sed affectibus mentis,*[2] et cela à travers des formes culturelles et religieuses qui, « quoiqu'elles diffèrent en beaucoup de points de ce que (l'Eglise) tient et propose, cependant apportent souvent un rayon de la vérité qui illumine tous les hommes ».[3]

Nous Nous réjouissons aussi de voir que le Secrétariat a su s'organiser et s'insérer harmonieusement dans le cadre de l'activité multiple

* Die 25 mensis septembris a. 1968.

[1] S. *Th.,* IH, q. 60, art. 5, ad 3.

[2] *S. Th., I,* q. 3, art. 1, ad 5.

[3] Cfr. Decl. de Eccl. hab. ad Kelig. non-Christ. *Nostra aetate,* n. 2.

de l'Eglise, en collaborant avec les autres Dicastères de la Curie Romaine, tout en conservant l'autonomie nécessaire à sa fin spécifique; et surtout qu'il a déjà rendu service, par ses conseils et ses publications, aux évêques et en particulier aux Eglises plus directement concernées, si l'on peut dire, par la rencontre avec les non-chrétiens. Le Secrétariat doit s'affirmer ainsi dans l'Eglise comme un signe visible et institutionnel du dialogue avec les non-chrétiens ; et mener une action qui inspire, stimule, guide, et dans la mesure du possible, coordonne, sur ce terrain délicat, où il faut prévenir tout danger d'irénisme et de syncrétisme, et écarter toute fausse idée d'égale valeur des diverses religions.

Et maintenant, après un bilan de l'action déjà exercée, vous allez consacrer deux journées d'étude à une recherche approfondie de l'œuvre à réaliser, du moins de ce dont vous ressentez le plus l'urgence aujourd'hui, dans les domaines de la pensée et de l'action, dans l'Eglise comme au-delà de son cadre visible. Vous en êtes bien convaincus, c'est une grande œuvre que la vôtre, et le Vicaire du Christ vous invite à l'entreprendre ensemble avec hardiesse, suivant les directives que le Secrétariat vous propose, assurés que votre travail de réflexion et votre attitude pourront être un exemple et un stimulant pour les autres et préparer un style concret de pensée et d'action pour toute l'Église.

Puisse votre travail faire resplendir de plus en plus dans le monde la lumière de Dieu qui brille sur le visage du Christ.[4] Et que les chrétiens apprennent à leur tour à connaître et à estimer justement « quelles richesses Dieu, dans sa munificence, a dispensées aux nations ».[5] Vous apporterez ainsi votre collaboration personnelle au dessein de Dieu dans l'histoire, avec conscience et en toute humilité, même si vous n'en constatez pas encore les fruits et le succès sur terre. Il Nous faut certes témoigner de la patience, de la foi et du détachement que nous enseigne Jésus dans l'Evangile.[6] Mais le Seigneur, qui Nous a confié tant de « talents », ne saurait non plus souffrir que nous les laissions en friche.[7]

Que la grâce du Saint-Esprit vous assiste dans cet effort inlassablement repris chaque jour! Que l'assurance de Notre estime et de Notre intérêt vous encourage! Et que Notre paternelle Bénédiction vous accompagne!

[4] *2 Cor.* 4, 6.
[5] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* n. 11.
[6] Cfr. *Matth.* 4. 26-29.
[7] Cfr. *Matth.* 25, 14-30.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Iis qui interfuerunt Coetui primo Internationali, spatiis extra-atmosphericis nullo nocendi studio explorandis, a Consociatarum Nationum Consilio Vindobonae habito.

Au moment où, pour la première fois dans l'histoire du monde, se réunit une Conférence internationale sur l'exploration et l'utilisation pacifique de l'espace extra-atmosphérique, Nous saluons avec émotion les Délégués hautement qualifiés de toutes les Nations participantes. Nous désirons leur présenter Nos vœux au seuil de leurs travaux, et les assurer du profond intérêt avec lequel l'Eglise Catholique en suivra le déroulement.

Avec l'exploration et l'utilisation de l'espace, on peut dire que la vie humaine acquiert, en quelque sorte, une nouvelle dimension. Grâce aux satellites artificiels, qui iront probablement en se multipliant et en se perfectionnant toujours plus, ce sont des possibilités jusqu'ici insoupçonnées qui sont désormais ouvertes aux hommes et aux peuples pour la transmission de connaissance et d'informations dans tous les domaines; c'est une voie nouvelle qui s'ouvre et qui peut se révéler prodigieusement rapide et efficace pour les progrès de l'éducation, des échanges culturels, de l'assistance internationale; c'est peut-être — Dieu le veuille! — l'annonce de l'abaissement prochain des barrières qui empêchent encore les rapports pacifiques entre certains groupes sociaux et nationaux, le signe avant-coureur d'une ère de coopération sincère entre toutes les nations du globe, un tournant — qui pourrait être décisif — dans la marche tourmentée de l'humanité vers l'unité et vers la paix.

Si l'Eglise n'a pas compétence pour se prononcer sur les aspects techniques et scientifiques de l'exploration de l'espace, elle est directement intéressée en revanche par les conséquences éducatives, culturelles, morales et sociales, qui vont découler de cet agrandissement soudain du champ de l'activité humaine. Elle est soucieuse que les gigantesques progrès de la technique spatiale, auxquels le monde assiste avec admiration depuis quelques années, soient mis au service de la paix et du bien commun de l'humanité. Et elle estime pouvoir, par le rappel

opportun des principes d'ordre moral et spirituel si souvent proclamés par les Souverains Pontifes en ces dernières années, apporter, en ce domaine aussi, une utile contribution au véritable bien de la société.

Il est évident en effet, pour tout observateur impartial, que l'oubli ou la transgression des règles morales entraînerait ici des conséquences particulièrement graves. Si par exemple les bienfaits de l'utilisation de l'espace devaient, au détriment de la justice, ne profiter qu'à un certain groupe de nations, à l'exclusion des autres; si la libre circulation des informations venait à entraîner aussi et sans contrôle la propagation de fausses nouvelles; si les facilités accrues de transmission devenaient un instrument pour les propagandes idéologiques, tendant à répandre la subversion, à exciter la haine, à entretenir les discriminations raciales, à opposer les peuples ou les classes sociales au lieu de les unir : qui ne voit que les récentes et merveilleuses découvertes de la science se retourneraient alors contre l'homme et travailleraient à son malheur et non à son bonheur?

On l'a souvent remarqué : les progrès d'ordre scientifique et technique ne sont pas toujours suivis de progrès comparables dans les domaines de la morale, du droit et de la coopération internationale. Des efforts remarquables ont pourtant été déjà entrepris, auxquels Nous avons à cœur de rendre hommage. Un Traité a été conclu l'an dernier, pour définir les principes qui doivent régir les activités des Etats en matière d'exploration et d'utilisation de l'espace. C'est un premier pas, auquel le Saint-Siège a donné son appui et dont l'Eglise se félicite. Mais celle-ci, sans sortir des limites de sa mission, croit pouvoir attirer l'attention des responsables sur l'urgence de progresser dans cette voie. Il faut que s'élabore sans tarder tout un ((droit spatial », qui coordonne et discipline les initiatives en ces matières; il faut que d'éventuelles prochaines conquêtes de la science — et la science progresse rapidement — trouvent déjà en place l'armature juridique et les aménagements institutionnels garantissant qu'elles seront mises au service du bien commun et protégées contre des exploitations abusives.

A ce prix l'ère spatiale avancera dans l'ordre et non dans la confusion et la rivalité. A ce prix elle sera bénéfique pour tous les peuples et non pour quelques privilégiés. Nous pensons en particulier à ceux que leur moindre développement culturel et économique a maintenus jusqu'ici dans un pénible et injuste état d'infériorité, et qui voient maintenant s'ouvrir devant eux des possibilités d'avance rapide dans

les voies du progrès éducatif et culturel. Utiliser en leur faveur les ressources offertes par l'exploration de l'espace extra-atmosphérique, ce sera travailler à la fois pour la promotion de l'homme, pour la justice et pour la paix.

Tels sont les vœux et les recommandations que Nous osons formuler au moment où va s'ouvrir la première Conférence des Nations Unies sur l'exploration et l'utilisation pacifique de l'espace. De grand cœur Nous invoquons sur ses organisateurs et sur tous ceux qui participeront à ses travaux les plus abondantes faveurs divines.

Du Vatican, le 6 août 1968.

PAULUS PP. VI

II

Ad Clarissimum Virum Ioachimum Ruiz-Giménez, Sodalitatis v. d. « Pax Romana » Praesidem, vicesimo ex omnibus nationibus Philadelphiae indicto Coetu.

The knowledge that the great Catholic Organization of « Pax Romana », which is under your presidency, is to meet in Plenary Assembly at St Joseph's College, Philadelphia, to consider certain aspects of poverty, has filled Our heart with joyful hope.

To overeóme world poverty in all its aspects, the integral development of man and of society is required.

Modern technology, if wisely used, has given man the means of removing serious want, while modern communications have made him fully a wäre of the wide economie différences between nations, and between various sectors within one and the same country. The Fathers of the Second Vatican Council declared that « vigorous efforts must be made, without violence to the rights of persons or to the naturai characteristics of each country, to remove as quickly as possible the immense economie inequalities which now exist w.[1]

Accordingly it gives Us sincere pleasure to know of thèse délibérations on behalf of the whole human family. We send you this message as We prepare to leave for Latin America, where thèse issues are of special urgency and of particular concern to the Church. We therefore encourage all the members of « Pax Romana)) to contribute, with ali

[1] **Const. past. *Gaudium et spes,* n. 66.**

possible zeal and enthusiasm, to a practical and earnest discussion of this problem, and to a rapid, and at the same time prudent, exécution of the resolutions reached.

Our Lord Himself showed special love for the poor, and claimed that the preaching of the Gospel to them was a proof of His fulfilment of ancient prophecies, and of His identity as the promised Redeemer. He taught that He will judge each human soul according to the loving assistance given to, or withheld from, the hungry, thirsty, naked, sick and imprisoned.

The duty of helping the poor to help themselves obliges in a special way the members of your movement. First, as Catholics, they nave heard the words of the Gospel and of the Church, most recently in Our Encyclical Letter « On the Development of Peoples ». Secondly, as intellectuals, they are most highly qualified to conceive, consider, judge and propose the most fitting and effective means of solving this world problem.

May God, then, deign to guide your studies and enlighten your décisions. May He strengthen each individual member of « Pax Romana » to act and to inspire others to act for the good of mankind. And, as We invoke upon you, Mr President, and upon ali the participants in the Twentieth World Plenary Assembly of the International Catholic Movement for Intellectual and Cultural Affairs, upon their associâtes and their families, God's richest grâces and favors, We lovingly impart to all Our Apostolic Blessing.

From the Vatican, August 9, 1968.

PAULUS PP. VI

III

Ad Exc.mum P. D. Franciscum Hengsbach, Episcopum Essendiensem, ad omnes Ordinarios, Sacerdotes et Christifideles Germaniae adunatos ad octogesimum alterum Coetum habendum, v. d. « Katholikentag ».

Ehrwürdige Brüder, geliebte Söhne und Töchter des katholischen Deutschland!

« Wo immer zwei oder drei in meinem Namen versammelt sind, da bin ich mitten unter ihnen ».[1] Diese Verheissung des Herrn gilt in diesen Tagen vor allem für Euch. Zu Tausenden habt Ihr Euch in Essen

[1] ***Matth.* 18, 20.**

versammelt, um den 82. deutschen Katholikentag zu begehen und in Euerer Mitte ist Christus.

Im Namen des Herrn gilt Euch allen Unser Gruss. Wir grüssen von Herzen Unsere Ehrwürdigen Brüder im Bischofsamt. Sie teilen in erster Linie mit Uns die Sorge und Verantwortung für die Kirche. Unser Gruss gilt den Priestern und Ordensleuten. Sie haben sich Gott in besonderer Weise für den Dienst an den unsterblichen Seelen durch die aktive Seelsorge wie durch Gebet und Opfer geweiht. Wir grüssen alle deutschen Katholiken, alle die hier in dieser Stunde anwesend sind und alle, die sich mit Euch in diesen Tagen geistigerweise verbunden fühlen. Als mitverantwortliche Glieder des Gottesvolkes nehmen sie am Leben der Kirche teil. Unser Gruss gilt aber auch den Vertretern der christlichen Kirchen und Gemeinschaften, die sich zusammen mit Uns um die Einheit der Kirche bemühen. Ein geziemendes Wort der Begrüssung möchten Wir auch an die Persönlichkeiten des öffentlichen und gesellschaftlichen Lebens an der Ruhr und in ganz Deutschland richten, die diese Kundgebung mit ihrer Gegenwart beehren.

Ehrwürdige Brüder, geliebte Söhne und Töchter ! ((Mitten in dieser Welt » lautet das Thema Eures Katholikentages. Das ist ein Bekenntnis des Glaubens an Jesus Christus. Er ist die Mitte der Welt und Er bleibt die Mitte der Welt, auch wenn die Welt immer weltlicher wird. Für die grossen Fragen, die die Menschheit heute bewegen, gibt es keine Lösung ohne Christus, gegen Christus oder an Christus vorbei. Wir haben die Kirche aufgerufen, ein Jahr des Glaubens zu begehen. Auch zu Euch ist der Widerhall Unseres feierlichen Glaubensbekenntnisses, des Glaubensbekenntnisses des Gottesvolkes gedrungen. Der Glaube ist die Grundlage unserer Verbindung mit Christus. Ihr wisst, dass dieser Glaube heute zerstörenden Strömungen ausgesetzt ist. Manche sind der Meinung, die Frohbotschoft könne dem Menschen von heute nur nahegebracht werden, wenn man den durch das kirchliche Lehramt überlieferten Inhalt der Glaubenswahrheiten ändert, anstatt sich um grössere Klarheit des Ausdruckes zu bemühen. Unser Mass, mit dem wir messen, darf nicht der Mensch sein, sondern Christus und sein heiliges, unvergängliches Wort. Mit dem heiligen Petrus rufen Wir Euch deshalb zu : « Stehet fest im Glauben ! ».[2]

((Mitten in dieser Welt ». Das ist aber auch ein Bekenntnis der Treue zur Sendung der Kirche und zum Stellvertreter Jesu Christi

[3] *1 Petr.* 5, 9.

auf Erden. Die Kirche hat im Zweiten Vatikanischen Konzil einen wichtigen Schritt zur Erneuerung getan. Sie zögert nicht zu ändern, was an ihrer Gestalt wandelbar ist, was ihren Sendungsauftrag in dieser Welt verdunkeln oder behindern könnte. Die Reinheit und Ursprünglichkeit ihres Wesens und ihrer Sendung sollen klar hervortreten. Nicht wenige aber nehmen heute für sich die Freiheit in Anspruch, ihre rein persönlichen Ansichten mit jener Autorität kundzutun, die sie offensichtlich dem streitig machen, der von Gott dieses Charisma besitzt. Man möchte gerne erlaubt wissen, dass jeder in der Kirche meinen und glauben kann, was ihm beliebt. Dabei bedenkt man aber nicht, dass nur der sich voll und ganz in den Dienst der Wahrheit stellt, der sich dem Lehramt der Kirche unterordnet.

Im Gehorsam gegen das Gesetz Gottes mussten Wir in Unserem Rundschreiben « Humanae Vitae » ein ernstes, aber väterliches Wort zu den Werten des menschlichen Lebens, zur Würde der Ehe und der personalen Liebe sagen. Die überwiegende Mehrheit der Kirche hat Unser Wort mit Zustimmung und Gehorsam aufgenommen, in der festen Überzeugung, dass die ethischen Prinzipien, die Wir erneut bekräftigt haben, das sittliche Bewusstsein stärken und den Willen zum Opfer wecken werden. Möge die lebhafte Diskussion, die Unser Rundschreiben entfacht hat, zu einer besseren Erkenntnis des Willens Gottes führen! Möge es bei Euch allen jene Aufnahme finden, die von Menschen erwartet wird, welche der Geist wahren Menschentums erfüllt.

« Mitten in der Welt ». Das ist aber auch das Bekenntnis zum Dienst der Kirche in der Welt, denn « Freude und Hoffnung, Trauer und Angst des Menschen von heute, besonders der Armen und Bedrängten aller Art, sind auch Freude und Hoffnung, Trauer und Angst der Jünger Christi ».[3] Diesen Dienst gilt es für Euch als lebendige Glieder der Kirche in allen Lebensbereichen zu erfüllen. Sei es hier, im grossen Industriezentrum an der Ruhr, sei es auch in irgendeinem anderen Teil Eueres weiten Vaterlandes. Ihr habt die Aufgabe, alle diese Lebensbereiche mit dem Geiste Jesu Christi zu erfüllen, der der Geist der Freiheit und des Gehorsams, der Geist der Gerechtigkeit und der Liebe, und der Geist des Friedens ist. Ihr sollt diese Bereiche umformen und erneuern, so wie Ihr auch selbst umgeformt und erneuert seid in den neuen Menschen, « der nach Gott

3 Past. Konst. *Gaudium et spes,* n. 1.

geschaffen ist, • in wahrer Gerechtigkeit und Heiligkeit)).[4] Ja, Euere Aufgabe ist es, Zeugen Jesu Christi zu sein, Zeugen seiner Freiheit, Zeugen seiner Gerechtigkeit, Zeugen seines Friedens.

Seid mitten in der Welt Zeugen seiner Freiheit ! Die Welt sehnt sich nach Freiheit. Freiheit besagt Achtung, Unterordnung und Verantwortung, nicht aus Zwang, sondern aus der von Gott verliehe nen Würde personaler Selbstbestimmung heraus. Folgt dem Aufruf des Konzils und gebt durch Euer Leben ein Beispiel dafür, « wie sich Autorität und Freiheit, persönliche Initiative mit solidarischer Verbundenheit zum gemeinsamen Ganzen, gebotene Einheit mit fruchtbarer Vielfalt verbinden lassen ![5] Macht Euch zum Anwalt in der Welt dafür, dass alle Menschen in allen gesellschaftlichen Gebilden jenes Mass an Mitverantwortung und Mitbeteiligung erlangen, das ihrer Würde und Aufgabe entspricht ! Tretet ein für die Sicherung und die Erhaltung der freiheitlichen Ordnung!

Seid mitten in der Welt Zeugen seiner Gerechtigkeit! Die Kirche hat sich von jeher zum Anwalt der sozialen Gerechtigkeit gemacht. Wir möchten hier an die richtungweisenden Dokumente Unserer Vorgänger erinnern. Und Wir selbst haben in Unserer Enzyklika *Populorum progressio* zu den Fragen der Entwicklung, der Gleichberechtigung und den sozialen Problemen der unterentwickelten Völker Stellung genommen. Es ist Euere Aufgabe, nicht nur in Euerem Vaterland für die Rechte des arbeitenden Menschen, seiner Familie und seiner natürlich gewachsenen Gemeinschaften einzutreten, sondern auch — wie Ihr es bisher in vorbildlicher Weise getan habt — Eueren Blick auf jene Völker zu richten, die Euere Hilfe dringend benötigen, um eine soziale Stufe zu erreichen, die der menschlichen Würde entspricht.

Seid mitten in der Welt Zeugen seines Friedens! Ihr wisst alle, wie sehr Uns der Friede am Herzen liegt. Aus der Sorge um den bedrohten Weltfrieden haben Wir den 1. Januar als Tag des Friedens verkündet. Wir rufen Euch, Katholiken Deutschlands, auf, Euch für den Frieden in der Welt einzusetzen ! Für den wahren Frieden, der in den gläubigen und brüderlich verbundenen Menschenherzen geboren wird, für den Frieden unter den sozialen Schichten in Gerechtigkeit und Zusammenarbeit, für den Frieden unter den Völkern durch Verwirklichung eines Menschentums, das seine Kraft aus der Frohbotschaft schöpft. Wir

[4] *Eph.* 4, 23-24.

[5] Past. Konst. *Gaudium et spes,* n. 75.

freuen Uns von Herzen über alle Euere Initiativen, die dem Frieden dienen. Warum solltet nicht gerade Ihr, die deutschen Katholiken, das ganze deutsche Volk nach Gottes Ratschluss eine Friedensmission in der Welt zu erfüllen haben? Welch eine grosse und edle Aufgabe für ein Volk, Bauleute des Friedens und der Einheit sein zu dürfen !

Ehrwürdige Brüder, geliebte Söhne und Töchter! Der Gott der Freiheit, der Gerechtigkeit und des Friedens erhalte und festige in Euch den Glaubensgeist Euerer Väter, die die Katholikentage begründeten. Er weite Euer Herz für die grossen Fragen der Welt von heute und schenke euch eine entschlossene Bereitschaft, zusammenzuarbeiten für eine Zukunft, in der sein Reich komme, sein Wille geschehe wie im Himmel so auf Erden !

Dazu steige auf Euch herab der Segen des allmächtigen Gottes des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes, und bleibe bei Euch immerdar.

Aus dem Vatikan, 30. August 1968.

PAULUS PP. VI-

IV

Ad Maiestatem Suam Sobuzha II, Regem dicionis v. d. Swaziland, illa regione sui iuris facta.

To Your Majesty and to your noble people We send heartfelt greetings and good wishes on the auspicious occasion of the accession to independence of Swaziland, giving assurance of Our fervent prayers for the welfare and continued progress of your beloved country.

Your Majesty may be confident of the loyalty of the Catholic Citizens of Swaziland to their country and of their generous readiness to abide by its laws. The Catholic Church will continue with even greater dedication her mission of social and cultural formation and of advancement of éducation and religion, asking in return the liberty of devoting herself unsparingly to the good of the people of Swaziland.

We gladly invoke upon Your Majesty, upon your Government, and upon ali the Citizens of Swaziland, the richest favours of the Almighty, that He may bestow upon your nation all the blessings of prosperity, tranquillity and true peace.

From the Vatican, August 30th, 1968.

PAULUS PP. VI

ACTA CONSILII PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

DECRETUM

Novi impertiendae curae termini Pontificiis Legationibus assignantur, quibus ad hunc diem tributa sunt insulae ac territoria, quae in Decreto « Maris Caribici » considerantur, die XIV mensis ianuarii anno MDCCCCLim a Sacra Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis dato.

Magna semper sollicitudine Sedes Apostolica insularum regionumque Caribicum Mare adiacentium spirituale bonum ac religiosam progressionem prosecuta, postremis his quinquaginta annis saepenumero cavit, ut eadem, prout temporum locorumque adiuncta id fieri sinebant, intentis sedulisque Legatorum suorum curis committerentur.

Revera, in memoratis regionibus solacii plena Ecclesiae incrementa tam laetis processibus ditata sunt, ut superiore anno necesse esset novas instituere ecclesiasticas circumscriptiones : archidioeceses dicimus Regiopolitanam in Iamaica simulque Sancti Petri et Arcis Gallicae, quae, cum olim erecta archidioecesi Portus Hispaniae, atque cum propriis cuiusque suffraganeis Sedibus, Episcoporum Coetum Antillarum constituunt.

Ut autem, ad Oecumenici Concilii Vaticani II praescripta, pastoralis huiusmodi Episcopalis Coetus unitas promoveretur atque firmaretur, itemque quo efficaciore ratione mutuae sacrorum Pastorum necessitudines sive inter se sive cum Pontificiis Legatis fovendae adiuvarentur, visum est commemoratum Decretum a verbis incipiens « Maris Caribici », die xiv mensis Ianuarii anno MDCCCCLIIII datum, ad nova rerum adiuncta esse accommodandum.

Quam ob rem, omnibus quo par erat studio perpensis, Sanctitas Sua, haec quae sequuntur, decrevit atque statuit :

1) Apostolicae Nuntiaturae in Haitiana Republica territoriorum cura committitur, quae ecclesiasticas provincias Portus Hispaniae, Regiopolitanam in Iamaica, Sancti Petri et Arcis Gallicae, earumque proprias suffraganeas dioeceses efficiunt.

Apostolicus ergo Nuntius, in urbe Portus Principis commorans, Apostolici Delegati munere pro iisdem territoriis fungetur.

2) Territoria, quae ecclesiasticam provinciam Sancti Ioannis Portoricensis, una cum suffraganeis dioecesibus constituunt, Apostolicae Nuntiaturae in Dominiciana Republica dicioni subdi pergent.

3) Insulae, quae praelatura Insularum a Virginibus seu Thomasiana includuntur, utpote Washingtonensis archidioecesis suffraganea, Apostolicae Delegationis in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus dicioni attribuuntur.

Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxix mensis Iulii, anno MDCCCCLXVIII.

L. *B* S-

HAMLETUS IOANNES Cardinalis CICOGNANI
Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis
Praefectus

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die k Iunii 1968. — Titulari episcopali Ecclesiae Benepotensi praefecit R. D. Iosephum Cervino Cervino, Canonicum Capituli metropolitani Compostellani et Seminarii Minoris eiusdem archidioecesis Moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ferdinandi S. R. E. Card. Quiroga et Palacios, Archiepiscopi Compostellani.

die 25 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Remensi Exc. P. D. Ioannem Baptistam Maury, hactenus Archiepiscopum tit. Laodicensem in Phrygia.

die 2 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Formianae Exc. P. D. Carolum Allorio, hactenus Episcopum Papiensem.

die 3 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ruspensi Exc. P. D. Horatium Gómez Dávila, hactenus Episcopum Riojensem.

— Cathedrali Ecclesiae Riojensi Exc. P. D. Henricum Angelelli Carletti, hactenus Episcopum tit. Lystrensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vico-Ateriensi R. P. D. Matthiam Defregger, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, Canonicum ecclesiae metropolitanae et Vicarium Generalem archidioecesis Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iulii S. R. E. Card. Döpfner, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Villamagnensi in Proconsulari R. P. Ernestum Tewes, Instituti Oratorii S. Philippi Nerii sodalem, Canonicum coadiutorem metropolitanae ecclesiae Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iulii S. R. E. Card. Döpfner, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

die 6 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Bellicastrensi Exc. P. D. Felicissimum Stephanum Tinivella, hactenus Archiepiscopum Anconitanum et Numanensem.

die 15 Iulii. — Praelaturae Missionis Galliae seu Pontiniacensi Exc. P. D. Henricum Gufflet, Episcopum Lemovicensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ocriculensi R. D. Petrum Mamie, e clero dioecesis Lausannensis, Genevensis et Friburgensis, Cappellanum Sanctitatis Suae et in Facultate Theologica Universitatis Friburgensis Magistrum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Charrière, Episcopi Lausannensis, Genevensis et Friburgensis.

— Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Gabinae Exc. P. D. Bryanum Ioseph Me Entegart, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Bruklyniensem, iam vita functum.

— Cathedrali Ecclesiae Bruklyniensi R. P. D. Franciscum I. Mugavero, e dioecesi Bruklyniensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aguntiensi R. D. Franciscum Iosephum Gossman, ex archidioecesi Baltimorensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Laurentii Iosephi S. R. E. Card. Shehan, Archiepiscopi Baltimorensis.

die 19 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Polignanensi R. D. Paulum F. Anderson, e dioecesi Siouxormensi, curionem ad S. Martinum Ep. et Conf. in pago vulgo « Huron », quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Francisci Iosephi Schenk, Episcopi Duluthensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Leontinae R. D. Iosephum C. Me Kinney, e dioecesi Grandormensi, curionem ad S. Franciscum Xaverium Conf. in pago vulgo « Conklin », quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Alienis Iacobi Babcock, Episcopi Grandormensis.

die 22 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Santanderiensi Exc. P. D. Iosephum Mariam Girarda Lachiondo, hactenus Episcopum tit. Drusilianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tirasonensi R. D. Iosephum Méndez Asensio, Seminarii Minoris dioecesis Almeriensis Moderatorem.

die 23 Iulii. — Titulari, pro hac vice archiepiscopali, Ecclesiae Bitectensi Exc. P. D. Henricum Delgado et Gómez, hactenus Archiepiscopum Pampilonensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Pampilonensi Exc. P. D. Arturum Tabera Araoz, hactenus Episcopum Albasitensem.

die 2k Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Illerdensi R. P. D. Raimundum Malla Call, Vicarium Generalem dioecesis Urgellensis.

die 25 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Pasletanae Exc. P. D. Stephanum McGill, hactenus Episcopum Ergadiensem et Insularum.

die 80 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Camplensi R. P. D. Iosephum Martinoli, Vicarium Capitularem dioecesis Luganensis, quem constituit Administratorem Apostolicum dioecesis Luganensis.

die 5 Augusti. — Archiepiscopali Ecclesiae Anconitanae et Numanensi Exc. P. D. Carolum Maccari, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Montis Regalis in Pedemonte.

die TÎ Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Mutugennensi Exc. P. D. Philippum Lussier, hactenus Episcopum Sancti Pauli in Alberta.

— Cathedrali Ecclesiae S. Annae Pocatierensis Exc. P. D. Carolum Henricum Lévesque, hactenus Episcopum tit. Guazabetenensem.

die 19 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Ogdensburgensi Exc. P. D. Stanislaum J. Brzana, hactenus Episcopum tit. Cufrutensem.

— Cathedrali Ecclesiae Rockfordiensi R. D. Arturum Iosephum O'Neill, e clero eiusdem dioecesis, curionem ad S. Petrum in oppido vulgo East Dubuque.

die 26 Augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tiburniensi Exc. P. D. Aemilium Benavent Escuin, hactenus Episcopum Malati - tanum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Raphaelis Garcia et García de Castro, Archiepiscopi Granatensis.

die SI Augusti. — Abbatiae B. Mariae Virg. Maris Stellae R. P. Cassianum Lauterer, ex Sacro Ordine Cisterciensi.

II

S. LUDOVICI IN MAGAGNANO - CAXIENSIS IN MARAGNANO - S. IOSEPH DE GRAJAU - S. ANTONII DE BALSAS

DECRETUM

De mutatione finium

Spirituali christifidelium bono in Statu vulgo « Maranhäo » in Brasilia degentium consulere cupientes, Excmi Ordinarii provinciae ecclesiasticae S. Ludovici in Maragnano, audita Conferentia Episcopali Brasiliana, Apostolicae Sedi proposuerunt ut fines quarundam circumscriptionum ecclesiasticarum ibi exstantium aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Porro, Sacra Congregatio pro Episcopis, attento favorabili voto Excmi P. D. Sebastiani Baggio, Archiepiscopi tit. Ephesini et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationes aeternae anima-

rum saluti cessuras, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuere dignata est.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto :

1) Ab archidioecesi S. Ludovici separat integrum territorium municipiorum quae vulgo nuncupantur *Dom Pedro* et *Qovernador Archer,* prouti nunc lege civili circumscribuntur, illudque praelaturae S. Joseph de Grajau perpetuo tribuit;

2) A dioecesi Caxiensi in Maragnano distrahit integrum territorium municipiorum, prouti in praesens per legem civilem terminantur, quae vulgo nominantur *Mirador, Nova Y orque, Paraïbano, Pastos Bons, Sucupira do Norte,* illudque perpetuo praelaturae S. Antonii de Balsas adsignat.

Sacra Congregatio pro Episcopis, sic immutatis praedictarum archidioecesis, dioecesis et praelaturarum finibus, mandat ut documenta et singula acta quae praefata territoria respiciunt a Curia *a qua* ad Curiam praelaturae cui illa noviter sunt aggregata, tradantur ; ad clerum quod attinet, decernit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel officium ecclesiasticum legitime detinent ; ceteri vero clerici Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Extímum P. D. Sebastianum Baggio deputat, eidem necessarias et opportunas facultates tribuens etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus edit praesens Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 22 mensis iunii, anno 1968.

CAROLUS Card. **GONFALONIERI,** *Praefectus*

L. & S.

Godefridus Mariani, *Sui)secretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PORTUS MORESBIENSIS - BEREINITANAE

DECRETUM

De mutatione finium

Commissi gregis commodo consulere cupientes, Excmi ac Revmi Domini Virgilius Copas, Archiepiscopus Portus Moresbiensis, et Eugenius Klein, Episcopus Bereinitanus, ab hoc Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando expostulaverunt ut fines circumscriptionum sibi concreditarum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Quas preces idem Sacrum Dicasterium benigne excipiens, audito favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Dominici Enrici, Archiepiscopi titularis Ancusensis, in Australia, Nova Zelandia, et Oceania Apostolici Delegati, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, per praesens Decretum haec quae sequuntur statuit. A dioecesi Bereinitana, pars territorii in meridiem posita, ita distrahitur atque archidioecesi Portus Moresbiensis adscribitur, ut limites inter memoratas circumscriptiones in posterum tali modo sint :

Linea, quae ab intersectione octavae lineae parallelae latitudinis meridionalis cum linea meridiana centesima quadragesima septima longitudinis orientalis, procedit recto ad summitatem centralem montis ((Albert Edward », et postea ab eodem monte pergit recto ad confluentiam fluminis « Tsirime » cum flumine « Mambare » ; dein linea quae, secundum ripam sinistram fluminis « Yodda » procedens, attingit octavum gradum cum quinquagesimo minuto lineae parallelae latitudinis meridionalis, et ducit directe ad intersectionem nonae lineae parallelae latitudinis meridionalis cum linea meridiana centesima quadragesima septima, additis quadraginta quinque minutis, longitudinis orientalis; indeque occidentem versus, linea parallela nona latitudinis meridionalis, usquedum pervenit ad flumen ((Veimauri » ; denique linea quae sequi-

tur ripam sinistram fluminis « Veimauri », et inde, descendens per occidentalem oram sinus « Galley », pervenit tandem ad mare.

Ad haec perficienda, eadem Sacra Congregatio memoratum Excmum D. Dominicum Enrici deputat, necessarias ei et opportunas tribuens facultates etiam subdelegabiles ad effectum de quo agitur, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die T mensis augusti a. D. 1968.

G. P. Card. A**GAGIANIAN,** *Praefectus*

L. ✠ S.

Titianus Scalzotto, *Off.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

COREANA

Beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Simeonis Berneux, Episcopi tit. Capsensis, Vicarii Apost. Coreae, eiusque XXIII sociorum, in odium fidei, uti fertur, a die 17 februarii 1866 ad diem 20 ianuarii 1867 interfectorum.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis, seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Corea, regio in mare Sinense porrecta, cuius interpretatio est *Terra sereni matutini,* haud serena habuit christianae religionis exordia. Christi namque religio in Coreanum Regnum mirum in modum, etsi caute, saeculo praesertim decimo octavo exeunte est diffusa; at, cito quidem a Regni auctoritatibus veluti perversa patriisque legibus ac moribus adversa doctrina dire vexata est. Profecto medium circa saeculum decimum nonum adeo saeva est facta in Christifideles persecutio, ut Coreana regio plurimorum ferax martyrum exstiterit. Novem et

septuaginta tunc Christi athletae, quos inter beatus Lambertus Imbert episcopus tresque alii sacerdotes missionales Europaei, ceteri vero autochthones, inter quos sacerdos Andreas Kim, supplicio affecti sunt. Quos omnes Pius XI Beatorum fastis die 5 Iulii anno 1925 adscripsit.

Novae autem Christianorum insectationes illis in partibus annis 1866 et 1867 concitatae sunt, quae novos pietatis flores et martyrii fructus ediderunt. Viginti quattuor sunt fortissimi héroes, quorum agmen duo ducunt episcopi qui, ex nobili Gallica stirpe progeniti et in Societatem Parisiensem missionum ad exteras gentes cooptati, in Coream ut missionales se contulerant. Ceteri sunt quinque sacerdotes item ex Gallia oriundi et eiusdem missionalis Societatis alumni, reliqui autem septemdecim autochthones ex laicorum ordine. De eorum vita morteque gloriosa summatim potiora attingere iuvat. Porro omnium princeps occurrit :

I. Simeon Berneux, in oppido cui vulgo nomen *Château-du-Loir*, dioeceseos intra fines Cenomanensis, ortus. Is sacerdotio vix initiatus et inter alumnos Parisiensis Societatis missionum ad exteras gentes ascriptus, desiderio flagrans nuntiandi gentibus Evangelium, anno 1840 Tonquinum petiit; inde in Manciuriam missus, duodecim annos missionale cum laude exercuit munus. Illius vero regionis Vicario Apostolico Servus Dei Simeon Berneux coadiutor est datus a Summo Pontifice riteque episcopus consecratus est; at, instante Apostolico in Corea Vicario, Dei Famulus eiusdem Vicarii Apostolici Coreani mox demortui in munus successit, episcopali assumpto titulo Capsensi. Misericors et benignus, nulli umquam industriae ac labori parcens, cunctis e clero et populo sibi concreditis uti pastor bonus prodesse sategit. Ineunte autem anno 1866, die scilicet 23 Februarii, cum post perlustratala sibi commissam dicionem rediret domum, a satellitibus captus est deductusque ad praetorium, ubi tres dies in carcere compedibus et iugo, quod vulgo canga dicunt, onustus mansit. Deinde coram utroque praetore regisque administro interrogatus, strenue respondit se in Coream ad salvandas animas et ad Christi propagandam religionem venisse. Quamobrem Servus Dei supremo supplicio damnatus est eiusque caput gladio obtruncatum die 8 Martii a. 1866; excessit e vita annos duos et quinquaginta natus.

Tres autem adstant Famulo Dei sacerdotes, eius administri, qui sicut in apostolicis perferendis laboribus necnon eadem in passione fideles exstiterant socii, ita eiusdem gloriosi certaminis facti sunt socii eodem die, eodem mense eodemque anno. Hi autem sunt :

II. Iustus Ranfer de Bretenières, vir nobili genere natus in urbe *Chalon-sur-Saône,* intra fines dioeceseos Divionensis, qui Seminarii missionum ad exteras gentes sodalis, vix ad sacerdotium evectus, in Coreanam profectus est regionem. Seulum, quod Coreae caput est, anno 1865 petiit. Zelo erat incensus erga christianos; ardor quo interius flagrabat, extra cum Sacris operaretur prodibat. In carcerem contrusus, crurum verberationi subiectus dirisque aliis tormentis exquisitas, perstitit fortis in fide. Abscisso a satellitibus capite, iuvenis annorum octo et viginti decessit.

III. Ludovicus Beaulieu, natus Burdigalae, ad novum obeundum officium quod ei episcopus Berneux commiserat omni studio se paratum ostendit. At mox in carcerem est coniectus. Accusatus et ipse, ut ceteri, quod Coreanorum mores corrumperet nuntiaretque peregrinan! ac perversam doctrinam, aspera quaevis ferre potius quam a fide desciscere paratus, diris percussus fustibus totoque corpore obstrictus vinculis ad agonis locum raptus est, ibique capite obtruncatus, cum esset non amplius sex et viginti annos natus.

IV. Petrus Dorié ortum duxit ex urbe Luconio. Mense Iunio anno 1865 Coream appulit. Animi demissione morumque suavitate adeo praefulsit, ut omnium sibi devinciret animos. Carceris molestias aliosque cruciatus patientissime tulit. Die 8 Martii a. 1866, persecutoris feritatem fortiter sustinens, duplici gladii ictu, sociorum postremus, occisus est, septimum supra vigesimum agens annum.

Alter memorandus est nunc Christi athleta, episcopali auctus dignitate, quem bini sacerdotes binique laici ad supremum certamen comitati sunt; qui omnes die 30 Martii a. 1866 pro Christi nomine necati. Nominatim autem sunt hi :

V. Antonius Daveluy, Ambiani in Gallia nobili loco natus. Is sacerdotio insignitus, cum in paroeciali munere aliquot annos cum laude esset versatus, anno 1846 in Coream se contulit ibique missionarius primum, deinde episcopus titulo Aconensi et Vicarii Apostolici coadiutor, per vicennium, singulari pietate et ardenti animorum studio, ministerium suum gessit. Multos gravesque libros Coreano sermone exaravit. Excitato a. 1866 insectationis turbine, episcopum Antonium Daveluy eiusque socios aggrediuntur mense Martio satellites in vico cui nomen vulgo *Keutori,* eosque triduum in carcere detentos, mox ad urbem Regis sedem adducunt. De christiana religione a iudicibus interrogatus, episcopus elata voce et invicto animo loquitur atque Evangelium tuetur ac propugnat. Quare varia eaque saeva tormenta

est passus et capitis damnatus ; ter gladio percussus, in fidei catholicae confessione occubuit, cum annum quadragesimum nonum ageret.

Huius autem in vieti athletae socii hi sunt :

VI. Petrus Aumaître, ex dioecesi Engolismensi oriundus. Hic magna gavisus est aestimatione sive apud sodales Societatis Parisiensis missionum, cuius erat alumnus, sive apud christifideles, ob egregias, quas colebat, virtutes. In vinculis positus, numquam a suo episcopo fuit seiunctus ad supremum usque mortis momentum, omniaque subiit tormenta quibus episcopus ipse Daveluy fuit divexatus. Natus erat autem, cum e vita excessit, viginti novem annos.

VII. Martinus Lucas Huin, ortus in urbe Lingonensi, postquam vicarii munus exercuit in dioecesi Lingonensi, ad Coream anno 1865 pervenit. Virtutibus eminens optimaque ornatus indole, omnibus fuit dilectissimus. Exorta in christianos persecutione et satellitibus undique inquirentibus, Dei Servus, ut iteratis fidelium obsecundaret precibus, temporis momento delituit; at deinde comprehensus, in vincula coniectus fuit una cum episcopo aliisque cum sociis, a quibus numquam fuit deinde divisus. Iudicium igitur, tormenta et vexationes, sententiam atque supplicium communia prorsus cum sociis habuit. Famulus Dei moriens erat fere triginta annorum.

Duo ex laicorum ordine autochthones, episcopi Daveluy socii, hi sunt :

VIII. IX. Lucas Hoang Tjai-Ken et Iosephus Tjyang Nak-Syo. Prior clara et ditissima ortus familia, uxorem et cognatum ad Christi fidem adduxerat, et tandem etiam patrem Christo lucrifecit. Famulatum suum ex ordine praestitit missionalibus, episcopo Berneux et demum episcopo Daveluy, cui quidem praesto fuit in libris Coreano sermone scribendis vel emendandis. Christianae religionis cultor assiduus, semetipsum insectatoribus obtulit, discipulum missionariorum se profitens. Cap ti vus christianam doctrinam ipsos praefecturae ministros assidue docuit, propter quod ei saeviora toleranda erant tormenta. Capite gladio dempto, Christi testium promeruit coronam, annos natus quinquaginta duos.

Alter vero, Iosephus Tjyang Nak-Syo, e christianis parentibus natus et baptizatus, optimis erat moribus praeditus atque, ob certam doctrinam, ferventem pietatem et prudentiam, dignus habitus est cui catechistae munus concrederetur. Propter constantiam in christiana fide saevos passus est cruciatus et capite amputato gloriosam rettulit palmam, annos quatuor et sexaginta natus.

X. Tempore autem praecesserat omnes lectissimi huius agminis héroes proprio sanguine Christi Evangelium obsignando Famulus Dei Petrus Ryou Tjyeng-Rioul, vir matrimonio iunctus, annorum circiter quinquaginta. Hic, ex quo christianam religionem amplexus erat, suam ad iram proclivem naturam compescere sategit et valuit; alienae salutis diligens, multos cives ad Christum convertit. Nocte diei 16 Februarii a. 1866, dum Evangelium congregatis in domo catechistae perlegit, a satellitibus apprehensus est delatusque ad praefectum. Virgis caesus, alios tunc inter complures unus constantiae victoriam rettulit gloriamque meruit pro Christo Domino mori die 17 Februarii eodem anno, aetatis suae quinquagesimo. Eius corpus in flumen proiectum, ab uxore postea humatum est.

XI. Ioannes Baptista Nam Tjyong-Sam, regis camerarius, quinquaginta annos natus, urbis Seuli incola, Sinensibus litteris licet doctus nobilique ortus familia, vere humilis erat. Mandarini, quem vocant, munus ita exercuit, ut populi amorem sibi conciliaverit. Regni autem administri vehementer erant contra eum commoti, quod a patriis moribus et religione defecisset. Comprehensus et in carcerem contrusus, ut christianorum nomina proderet, saevissimis vexatus est tormentis; quod quidem facere forti animo recusavit serenoque animo suam ipsius mortis sententiam subscripsit proprioque sanguine Evangelium testatus, die 6 Martii a. 1866.

XII. XIII. Petrus Tchoi Tchi-Tchyeng et Ioannes Baptista Tjyeng Seung-Yen, urbis Seuli incolae, uterque paterfamilias ; prior annos septem et quinquaginta natus, alter quinque et quinquaginta. Ambo iam in persecutione anno 1839 exorta excruciati fuere. A Servo Dei Simeone Berneux potestatem baptismi conferendi librosque sanctae religionis imprimendi acceperant. Capitis obtruncatione martyrium simul consummaverunt die 10 Martii a. 1866, adeo quidem in fide constantes ut vel ipsorum persecutorum admirationem moverint.

XIV. Marcus Tyeng, ex nobili sed infideli familia duxit ortum. Uxoratus, ludimagistri munus ante conversionem exercebat; christianus factus, sacrae doctrinae populo tradendae addictus fuit. Christianam religionem diligenter colebat, pro qua, die 11 Martii a. 1866, habens septuaginta annos, vitam profudit.

XV. Eodem die 11 Martii anni 1866, praeclaram mortem propter Christum oppetiit iuvenis vix undeviginti annorum, Alexius Ou Syei-Hpil qui, ut christianam relinqueret religionem, etiam a parentibus contumeliis et verberibus antea fuit affectus.

XVI. Thomas Son Tja-Syen, nuptus, triginta annos paulisper praetergressa, gravis et sollers erat inter christianos. Ad eiurandam fidem excitatus, se christianum invicte confitens, id constanter renuit. In carcerem compulsus, tormenta quaevis non valuere vel minimum defectionis verbum eidem extorquere. Gloriosam passus est mortem die 30 Martii a. 1866.

Septem alii incliti héroes, qui, Mandarini seu promissionibus seu tormentis temptati ut a catholica desciscerent religione, fortes restitere omnesque die 13 Decembris a. 1866 praeciso capite periere, excepto postremo qui gutture eliso interfectus est, hi sunt :

XVII. Petrus Tjyo Hoa-Sye, paterfamilias, annorum circiter quadraginta: XVIII. Petrus M Mieng-Sye, quinquaginta ferme annos natus, paterfamilias; XIX. Bartholomaeus Tjyeng Moun-Ho, paterfamilias, circa sexaginta et quinque annos natus; XX. Petrus Son Syen-Tji, paterfamilias, catechista, annorum fere quadraginta septem; XXI. Iosephus Han Ouen-Ye, olim catechista, triginta octo annos natus ; XXII. Petrus Tjeng Ouen-Tji, iuvenis annorum circiter unius supra viginti; XXIII. Iosephus Tjyo Youn-O, adulescens non amplius decem et septem annos natus ; erat filius Servi Dei Petri Tjyo Hoa-Sye.

XXIV. Omnium denique postremus sistitur Ioannes M Youn-Il, paterfamilias, catecheseos praeceptor, qui, superatis verberationibus membrorumque luxatione, constans in christiana religione permansit, capitisque tandem amputationem laeto perpessus animo, caeleste praemium assecutus est die 20 Ianuarii anno 1867, aetatis suae quadragesimo quinto.

Hisce invictis Christi testibus ut Beatorum Caelitum decernerentur honores construi coeptae sunt canonicae inquisitiones ordinaria primum potestate in Vicariatu Apostolico Coreano die 19 Iunii a. 1899, quae die 20 Aprilis a. 1901 expletae Romam delatae sunt. Edito postea, die 13 Maii a. 1914, decreto super Servorum Dei scriptis, Famulus Dei Simeon Berneux eiusque Socii, de quorum martyrio hic agitur, una simul cum Servo Dei Paulo Chau et Sociis, die 13 Novembris a. 1918 aditum apud Sanctam Sedem decreto introductionis Causae sibi compararunt. Confectis deinde apostolicis processibus in Vicariatu Apostolico Seulensi a die 12 Februarii a. 1921 ad diem usque 18 Martii a. 1926, decretum de omnium processuum iuridica vi atque de cultu non praestito die 2 Martii a. 1952 latum est. Quo autem expeditius Causae ipsius redderetur iter, Sacra Rituum Congregatio, instantibus ipsis actoribus, indulsit die 4 Maii a. 1962 ut Causa *Coreana* Ser-

vorum Dei Simeonis Berneux eiusque Sociorum a Causa *CochincM-nensi* Servorum Dei Pauli Chau et Sociorum seiungeretur separatimque pertractaretur. Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio agitata est de eorundem Servorum Dei martyrio atque martyrii causa, et de signis seu miraculis, et quidem primum in antepraeparatorio coetu, die 10 Ianuarii a. 1967 celebrato; deinde in praeparatorio coetu die 30 Ianuarii huius vertentis anni 1968. Quibus coetibus successit tandem generalis Congregatio die 6 Maii hoc eodem anno coram Ss.mo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Revmus Cardinalis Gregorius Petrus Agagianian, Sacri Consilii christiano nomini propagando Praefectus ipsiusque Causae Ponens seu Relator, sequens dubium disceptandum posuit : *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes qui aderant, tum Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, tum Officiales Praelati Patresque Consultores suas ex ordine affirmativas sententias protulerunt, quas laeto studiosoque animo Sanctitas Sua prosecuta, mentem statim aperire suam non dubitavit et iussit decretum apparari super Servorum Dei martyrio. Hoc tandem die, Sacris piissime operatus, Ssmus Dominus noster ad Vaticanas Aedes arcessiri mandavit Revmos Cardinales infrascriptum Sacrae Rituum Congregationis Praefectum, atque Gregorium Petrum Agagianian, Causae Relatorem, una cum R. P. Raphaële Perez O.S.A., Fidei Promotore Generali, R.P.D. Amato Petro Frutaz, Auditore Generali, meque infrascripto a Secretis, eisque adstantibus solemniter edixit : *Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servorum Dei Simeonis Berneux, Episcopi tit. Capsensis et Vicarii Apostolici Coreae, eiusque XXIII Sociorum ut, concessa a signis seu miraculis ad normam canonis 2116 § 2 C.I.C. omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iulii a. D. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

L. © S.

II

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae ab Apostolis (in saeculo: Mariae Teresiae de Wüllenweber), fundatricis Instituti Sororum a Divino Salvatore.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilem Servam Dei Mariam ab Apostolis, Instituti Sororum a Divino Salvatore fundatricem, heroicas coluisse virtutes cum theologicas, videlicet fidem, spem et caritatem, tum cardinales, nimirum prudentiam, iustitiam, fortitudinem et temperantiam, earumque veluti comites et socias, Summus Pontifex Paulus Papa VI, servatis omnibus de iure servandis, die 15 Iulii a. 1965 solemni decreto edixit.

Cum autem sacri canones miracula quoque requirant ut altarium honores Servis Dei decernantur, quandoquidem miraculorum ope virtutes ipsae novam accipiunt firmitatem novoque coruscant splendore, sollertes huius Causae actores duas ad hunc finem selegerunt sanationes, quae Venerabili eadem Maria ab Apostolis intercedente a Deo patratae ferebantur easque sacro huic Foro ad cognoscendum exhibuerunt. Huiusmodi mirae sanationes compendiose hic describuntur atque hodierno die huius Decreti promulgatione Summi Pontificis auctoritate approbantur.

Prior quidem sanatio respicit dominum Antoninum Di Mauro, ortu Siculum, militem a publica tutela in Urbe, trigesimum septimum agentem annum. Is, aestivo anni 1951 tempore, valetudinis affectus est perturbationibus, quae autumno tempore acriores factae sunt. Medicae subiectus inspectioni, agi de colicae appendicis morbo certior factus est. Hinc die 3 Decembris eodem anno in clinicum nosocomium a Salvatore Mundi de Urbe excipitur, ubi postridie chirurgicam sectionem subiit, atque die 11 eiusdem mensis vulnus ad cicatricem venit. Attamen vespere eiusdem diei Antoninus improviso frigida corripitur febri et acri dolore opprimitur ex laevo crure, quod tumuit rubuitque. Medicus a cura diagnosim edidit Phlebitis laevae saphenae, ac deinde, cum aegrotus, vehementi thoracis dolore captus, sanguinem emitteret exscreatum, ab eodem medico diagnosis facta est emboliae pulmonaris. Insequentibus diebus aegroti condiciones, medicis frustra adhibitis curis, in peius ruere : ingravescebant cyanosis, dyspnoea, prostratio.

Attenta rei gravitate, iam a die 14 Decembris oblatae sunt aegroto Venerabilis Mariae ab Apostolis reliquiae precesque ad Deum ferventes fundi coeptae sunt ad valetudinem recuperandam deprecatrice eadem Famula Dei. Vespere diei 16 in vitae discrimine positus videbatur aegrotus: rigidus, obtutu tacitus, statua taciturnior. Inde magis invocata Venerabilis Maria. Neque incassum; nam ipsa e caelo precibus annuit. Hora circiter secunda diei 17 Decembris placidissimus somnus aegrum complexus est ; atque primo diluculo Soror infirmaría aceita est in cubiculum, ubi Antoninum sedentem in lecto invenit, laetitia gestientem et miraculum clamantem : se plene sanatum dicebat. Eodem mane medicus a curatione obstupescens eum in optimo repperit statu, ablatis cunctis morbi vestigiis. Praeter naturae vires et ordinem contigisse sanationem hanc medens, periti ex officio testesque aperte fassi sunt.

Altera mira sanatio obvenit dominae Rosae Dattlaff, viduae octogesimum et secundum agenti annum, Milwauchiae, in urbe Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum. Vetula haec, quae valetudine prospera semper usa erat, mense Septembri a. 1946 rubram ad collum conceptam conspexit maculam, quae brevi totum in collum, in pectus, in manus et brachia se diffudit; bullae deinde apparuerunt, ex quibus mox hiantibus sanguineum profluebat serum, dum infirma vehementi laborat prurigine seu uredine. Interim cutanea haec affectio totum pervadit thoracem, scapulas, tergum superius aliasque corporis partes. Vulgarem pemphigum talem esse morbum duobus medicis compertum fuit, prognosimque infaustam quoad vitam fecerunt. Cum peior in dies fieret infirmae condicio, die 15 Novembris deducta est ad Domum senibus hospitio excipiendis ibique tota ferme piagata valetudinario recepta, qualibet de cetero adempta spe convalescendi. Aliquot diebus post bullae etiam in aegrotae os erupere. Tertius accitus medicus Rosam in discrimine ultimo vitae esse candide fassus est. Hinc Soror infirmaría aegrotam caelesti adiutorio commendare coepit, initis novendialibus precibus ad Venerabilis Mariae ab Apostolis patrocinium impetrandum. Et ecce, media, quae dicitur, Novena, aegrota sua brachia in aquam immerget supplicans Venerabilem Mariam; et miraculum contigit; brachia inde extrahit omnino sanata. Plagis autem in reliquo corpore manentibus, preces novendiales producuntur, iisque tandem absolutis plagae omnes evanuere singulae et Rosa sanitatem recuperavit plenam. Ultra naturae vires et leges hanc evenisse sanationem eiusque perseverantiam cum medentes tum periti ab inspectione testesque professi sunt.

Super priore sanatione apud Vicariatum Urbis anno 1957, super altera vero in Curia Milwaukiensi aa. 1957-1958 instructi sunt apostolica auctoritate processus. Milwaukiensis autem inquisitionis iuridica

vis ab hac Sacra Rituum Congregatione agnita est die 18 Septembris a. 1965. Super iisdem sanationibus favorabile protulit iudicium Consilium Medicum ipsius Sacrae Congregationis. Instante deinde R. P. D. Emygdio Federici, Protonotario Apostolico et Causae huius solertissimo Postulatore legitime constituto, dispensatum est super antepraeparatoria, quae dicitur, disceptatione. Hinc agitata est quaestio super iisdem binis sanationibus in praeparatoria Congregatione in Vaticanis Aedibus die 20 Iunii a. 1967 celebrata, et postea, die 6 Maii huius vertentis anni, in generali Congregatione coram Ss.mo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Rev.mus Cardinalis Arcadius Maria Larraona, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes, qui aderant, tum Revmi Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, tum Officiales Praelati Patresque Consultores affirmativum suffragium singuli dederunt. Quae suffragia intento animo secutus, Beatissimus Pater mentem suam statim aperire non dubitavit iussitque Decretum apparari super iisdem sanationibus.

Hodierno tandem die, Eucharistico Sacrificio pientissime litato, Sanctitas Sua ad se vocari iussit Revmos Cardinales infrascriptum Sacrae Rituum Congregationis Praefectum, et Arcadium Mariam Larraona, Causae Ponentem seu Relatorem, necnon R. P. Raphaelem Perez O.S.A., Fidei Promotorem Generalem, R. P. D. Amatum Petrum Frutaz, Auditorem Generalem meque infrascriptum a Secretis, iisque adstantibus solemni hoc Decreto sanxit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Serva Dei Maria ab Apostolis intercedente a Deo patratis,* scilicet de primo : *Instantaneae perfectaeque sanationis Domini Antonini Di Mauro ab embolia pulmonari séptica;* et de altero : *Instantaneae perfectaeque sanationis Dominae Rosae Dattlaff a pemphigo gravi.*

Hoc autem Decretum publici fieri iuris et in Acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Iulii a. D. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

& Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

L. © S.

III

BONONIENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Cleliae Barbieri, fundatricis Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de virtutibus Venerabilis Servae Dei Cleliae Barbieri, Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente fundatricis, tam theologalibus, scilicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, nimirum prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico exercitis, Pius Papa XII v. m. die 22 Februarii anno 1955 solemniter declaravit. Hinc huius Causae sollertes actores manus admoverunt ut, ad iuris normam, duas prodigiosas seligerent sanationes ex iis quae, eadem intercedente Venerabili Famula Dei Clelia Barbieri, a Deo ferebantur patratae, easque sacro huic foro ad ipsius Venerabilis solemnem beatificationem assequendam proponerent.

Sanatio prior contigit domino Arduino Bussolari, sutrinam facienti, in loco a S. Ioanne in Persiceto appellato et intra Bononiensis archidioeceseos fines sito. Is namque ad annum usque 1946, aetatis suae quadragesimum primum, prospera usus erat valetudine, cum prima morbi symptomata expertus est, nimirum quandam virium debilitatem, dyspepticam Syndromen una cum ciborum nausea et vomitionibus spirandique difficultate cursusque sanguinis quadam perturbatione. Ingravescente autem morbo, medicus a cura ad nosocomium deduci Arduinum iussit, ubi diagnosis est edita conspicuae hepatomegaliae una cum suspecta ascite. Inde, post mensem, cum melius sese habere coepisset, dimissus est, suosque cotidianos labores, quamvis moderate, ad annum usque 1953, obire valuit. Ratione autem victus et potus a medicis praescripta minime servata, defecere sensim vires Arduini, ita quidem ut gradiendi fere impos factus sit, accesseruntque fuscus cutis color, abdominis tumefactio atque in inferioribus artubus oedemata. Compertis vero ascite quoque atque venoso retículo, necesse iterum fuit, mense Martio a. 1954, aegrotum ad valetudinarium deduci. Ibi vero, edita diagnosi *cirrhosis hepaticae hypertrophicae,* praeter alia adhibita remedia, peractae fuere paracentèses, seu liquidi ex abdo-

mine extractiones. Domum deinde reversus, licet melius sese aliquatenus haberet, consueto suo sutorio artifìcio dare operam non valuit. Quatuor vero elapsis mensibus, gravior in dies facta est aegroti condicio, ita quidem ut a curatione medicus aegroto, cornate praeagonico iam affecto, obitum instare praenuntiaret. Quod ut averteretur, summa pietate tum infirmus tum familiares vicinique atque Sorores novendialibus precibus Venerabilis Cleliae Barbieri patrocinium implorare coeperunt, et exauditi sunt. Nam nocte diei 16 Decembris a. 1954 Arduinus Bussolari placido correptus est somno, et postridie mane talem animadvertit repente valetudinis recuperatae sensum ut e lecto surgere gestierit. Die vero 18 eiusdem mensis domum egressus, tonsoris tabernam petiit et sat diu deambulavit. Intra paucorum autem dierum lapsum omnia morbida phaenomena omnino evanuerunt, dieque Nativitati Domini sacro se admodum crasso rudique cibo refecit atque solitos in posterum facile expediteque obivit labores.

Praeter naturae vires et ordinem huiusmodi sanationem contigisse medentes, periti ex officio Sacraeque huius Congregationis Consilium Medicum fassi sunt.

Altera mira sanatio obtigit dominae Victorinae Ansaloni, domicilium habenti in loco quem vulgo vocant *8. Pietro in Casale*, intra fines archidioeceseos Bononiensis posito. Ipsa, gracilior quamvis valetudine, nullo unquam peculiari laboraverat morbo usque ad annum 1946, vicesimum primum aetatis suae. Tunc vero molestis in abdomine coepit temptari doloribus. Medici, ad quorum subsidium statim ipsa confugit, praeter virium generalem defectionem, primam eius morbi peculiarem notam, nempe appendicopathiam, deprehenderunt. Nocte autem diei 3 Februarii a. 1947, Victorina vehementes in appendiculari regione dolores una cum febri et vomitu experta est. A cura medicus *appendicitem* iudicare morbum non haesitavit aegrotamque in nosocomium se recipere mandavit, ubi iam edita diagnosis est confirmata. Die itaque 6 Februarii, chirurgicam cum sectionem pateretur, eius appendix, gangraenata et perforata, fuit abscissa. Aliquot autem post dies orta est ibi fístula, quam dicunt, stercoracea, quae ad mensem usque Iunium immutata permansit; inde infirmae vires adeo collapsae, ut in arte periti, non obstantibus aegrotae ipsius efflagitationibus, ad novam chirugicam sectionem procedere constanter renuerint. Tandem die 3 Iunii eodem anno, altera peracta est eiusmodi chirurgica sectio ad fistulam claudendam. Res quidem multae operae fuit ac laboris, adeo ut chirurgus facere non potuerit quin periculum patefaceret poneret-

que infaustam prorsus prognosim. Re autem vera quatuor spatio dierum *ileus post-operatorius,* quem vocant, constitutus est. Incassum curis medicis cedentibus, aegrota ad ultima venit. Amissa itaque recuperandae salutis spe, ad Venerabilis Cleliae Barbieri intercessionem implorandam confugerint aegrota ipsa, Soror infirmaría aliaeque Sorores, applicita Venerabilis imagine cum reliquiis parti infirmae. Et ecce, repente aegrota melius se habere advertit ; et post non multos dies Victorina perfecte sanata valetudinarium reliquit.

Omnibus consideratis sanationis adiunctis, hanc ultra naturae leges contigisse, concors peritorum iudicium edixit.

Super utraque sanatione instructi sunt apostolica auctoritate processus in Curia archiepiscopali Bononiensi, quorum iuridica validitas apud Sacram Rituum Congregationem diebus 9 Decembris a. 1960 et 15 Octobris 1966 probata est. Consilium autem Medicum nostrae Congregationis de iisdem sanationibus die 3 Martii a. 1967, fausto quidem exitu, disceptavit.

Iuris igitur ordine rite servato, atque instante R. P. D. Emygdio Federici, Protonotario Apostolico huiusque Causae diligentissimo Postulatore legitime constituto, indulta dispensatione super Congregatione antepraeparatoria, Congregatio praeparatoria super iisdem sanationibus celebrata est die 20 Decembris a. 1967. Quam secuta est, die 4 Iulii anni huius, Congregatio generalis coram Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI, in qua Revmus Cardinalis Paulus Giobbe, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium discutiendum proposuit, videlicet : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, qui convenerant, Officiales Praelati Patresque Consultores sua ediderunt suffragia. Beatissimus autem Pater, qui intento animo haec vota secutus est, mentem suam statim aperire non est cunctatus atque, antequam solemnem decretoriam proferret sententiam, iussit Decretum hoc apparari.

Hodierno autem die, Eucharistico Sacrificio piissime litato, ad Se vocari iussit Revmos Cardinales infrascriptum S. Rituum Congregationis Praefectum, et Paulum Giobbe, Causae Relatorem, necnon R. P. D. Amatum Petrum Frutaz, Auditorem generalem, meque subscriptum a Secretis, iisque adstantibus solemniter edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Clelia Barbieri intercedente, a Deo patratis,* de primo nimirum : *instantaneae perfectaeque sanationis domini Arduini Bussolari ab ascite, a cirrhosi hepática hypertrophica proveniente, in subiecto aethylico;* et de altero : *instantaneae perfectaeque sanationis ab ileo*

post-operatorio dominae Victorinae Ansaloni, chirurgico interventui subiectae ob fistulam stercoraceam caecalem ex praecedenti interventu ob appendicitem acutam.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Rituum Congregationis inseri mandavit.

Datum Romae, die 19 septembris a. 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. © S.

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

IV

COREANA

Beatificationis seu declarationis martyrii Venerabilium Servorum Dei Simeonis Berneux, Episcopi tit. Capsensis, Vicarii Apost. Coreae, eiusque XXm sociorum, in odium fidei, uti fertur, a die 17 februarii 1866 ad diem 20 ianuarii 1867 interiectorum.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii necnon dispensatione a signis seu miraculis, tuto *procedi possit ad sollemnem praedictorum Venerabilium Servorum Dei beatificationem.*

Priorum exempla christianorum, qui, effuso sanguine, testimonium Christo Domino reddiderunt, innumeri alii per saeculorum decursum secuti sunt. Quos inter accensendum est gloriosum agmen viginti et quatuor Servorum Dei, qui nostris ferme temporibus, annis videlicet 1866-1867, in Coreana regione, seu ob catholicae fidei propagationem seu ob eius confessionem interempti fuerunt. Eorum septem sunt ex Gallia oriundi et in Parisiensem Societatem missionum ad exteras gentes cooptati, et quidem duo episcopali, quinque sacerdotali dignitate aucti. Reliqui vero decem et septem autochthones sunt, omnes ex laicorum ordine atque omnis socialis condicionis et aetatis : regis camerarius, catechistae, patresfamilias, operarii, famuli, senes et adulescentes, primae iuventutis formosi.

Nominatim autem hi sunt : I. Simeon Berneux, Episcopus tit. Capsensis, annorum 52; II. Antonius Daveluy, Episcopus tit. Aconensis, a. 49; III. Iustus Ranfer de Bretenières, a. 28; IV. Ludovicus Beaulieu, a. 26; V. Petrus Dorié, a. 27; VI. Petrus Aumaître, a. 29; VII. Martinus Lucas Huin, a. 30; VIII. Lucas Hoang Tjai-Ken, a. 52;

IX. Iosephus Tjyang Nak-Syo, a. 64; X. Petrus Ryou Tjyeng-Rioul, a. 50; XI. Ioannes Baptista Nam Tjyong-Sam, a. 54; XII. Petrus Tchoi Tchi-Tchyeng, a. 57; XIII. Ioannes Baptista Tjyeng Seung-Yen, a. 55; XIV. Marcus Tyeng, a. 70; XV. Alexius Ou Syei-Hpil, a. 19; XVI. Thomas Son Tja-Syen, a. 30; XVII. Petrus Tjyo Hoa-Sye, a. 40; XVIII. Petrus Ni Mieng-Sye, a. 50; XIX. Bartholomaeus Tjyeng Moun-Ho, a. 65; XX. Petrus Son Syen-Tji, a. 47; XXI. Iosephus Han Ouen-Ye, a. 38; XXII. Petrus Tjeng Ouen-Tji, a. 21; XXIII. Iosephus Tjyo Youn-O, a. 17; et XXIV. Ioannes Ni Youn-Il, a. 45.

Gloriosi isti et fortissimi héroes tantam de se post obitum famam excitarunt, ut de Beatorum Caelitum iis Martyrum comparandis honoribus maximo plausu cogitatum fuerit. Confectae sunt itaque annis 1899-1901 super eadem martyrii fama canonicae inquisitiones ordinaria quidem auctoritate in Vicariatu Apostolico Coreano, quae absolutae Romam transmissae et Sacrae Rituum Congregationi exhibitae, servatis de iure servandis, apertae sunt; deinde, praevia approbatione scriptorum iisdem Servis Dei tributorum atque instituto dictarum inquisitionum examine in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis, Causa apud Sanctam Sedem die 13 Novembris a. 1918 introducta est. Apostolici postmodum adornati sunt processus in Vicariatu Apostolico Seulensi a die 12 Februarii a. 1921 ad diem usque 18 Martii a. 1926, quorum iuridica vis decreto diei 2 Martii a. 1952 recognita est.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, agitata est quaestio de eorundem Famulorum Dei martyrio atque martyrii causa et de signis seu miraculis, in tribus quidem de more coetibus: primum in antepraeparatoria Congregatione die 10 Ianuarii anno 1967 celebrata; deinde, die 30 Ianuarii anno 1968, in praeparatoria, et tandem in generali Congregatione coram Summo Pontifice Paulo Papa VI, die 6 Maii anni huius coactis. Decreto demum die 4 Iulii hoc ipso anno expedito, Summus Pontifex de horum Venerabilium Servorum Dei martyrio et martyrii causa tam manifesto constare edixit ut, concessa ad mentem can. 2116 § 2 C.I.C. a signis seu miraculis omnique alia opportuna dispensatione, ad reliqua procedi posset.

Hoc unum iure praescriptum supererai, ut cuncta Sacra Rituum Congregatio interrogaretur super dubio: *An, stante approbatione martyrii necnon dispensatione a signis seu miraculis,* tuto *procedi possit ad sollemnem praedictorum Venerabilium Servorum Dei beatificationem.* Id tuto fieri posse Purpurati Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi concordique consensu responderunt. Qua de re Beatissimus Pater certior factus ab infrascripto S. Ritum Congregationis Secretario, hodierno die, votum Sacrae Rituum Congregationis suprema Sua auctoritate

ratum habuit et confirmavit, edicens : *tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilium Servorum Dei Simeonis Berneux et viginti trium Sociorum beatificationem.*

Hoc autem Decretum promulgari, in acta S. Rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de beatificationis sollemniis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, die 19 Septembris a. D. 1968.

BENNO Card. GUT, *Praefectus*

L. © S.

® Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

V

ROMANA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Mariae ab Apostolis (Teresiae von Wu eilen weber), fundatricis Instituti Sororum a Divino Salvatore.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, tuto *procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Servae Dei beatificationem.*

E parentibus religione et nobilitate claris, barone Theodoro von Wuellenweber et Constantia Elisabeth Le Fort, die 19 Februarii anno 1833 in arce v.d. *Wyllendonk,* prope *Gladbach,* in Germania, nata est Venerabilis Dei Famula Maria, cui Teresiae nomen in Baptismo impositum fuit. Anno 1876, divitiis spretis et saeculi illecebris posthabitis, in pago v. d. *Neuwerk* missionale Institutum a sancta Barbara nuncupatum condidit. Servo Dei Francisco a Cruce Iordan, fundatori Societatis Divini Salvatoris, dein tota se commisit, ac Tibure, anno 1888 Instituti Sororum a Divino Salvatore fundamenta iecit, quod anno 1891 in Urbem transtulit. Laboribus fracta meritisque cumulata, die 25 Decembris anno 1907 ad Superos evolavit.

De eius sanctitatis fama, longe lateque diffusa, ordinariae inquisitiones in Vicariatu Urbis, rogatoriales vero in Curiis Milwauckiensi, Passaviensi, Vindobonensi et Friburgensi annis 1948-49 adornatae sunt ac Romam ad S. Rituum Congregationem transmissae. Servatis autem omnibus de iure servandis, die 23 Decembris 1952 decretum prodiit su-

per scriptis eiusdem Venerabilis Servae Dei, ut inoffenso pede ad ulteriora procedi posset ; die tandem 1 Martii 1955 Pius Papa XII f e. re., Commissionem introductionis Causae signare benigne dignatus est. Post editum decretum super non cultu die 11 eiusdem mensis et anni, processus apostolici super virtutibus et miraculis in specie in Vicariatu Urbis et in Curiis supradictis instructi sunt, quorum iuridica vis agnita est per decretum diei 16 Ianuarii 1959. De virtutum heroicitate postea disceptatum est in Congregatione Antepraeparatoria die 28 Iunii 1960, in Praeparatoria die 6 Novembris 1963, ac tandem in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI die 12 Ianuarii 1965, qui de beroicitate virtutum Servae Dei constare edixit.

Super duobus assertis miraculis eiusdem Venerabilis Dei Famulae intercessione patratis processus apostolici adornati sunt in Vicariatu Urbis et in archiepiscopali Curia Milwauckiensi annis 1957-58. Favorabili demum adstante Commissionis medicae S. Rituum Congregationis iudicio, de iisdem miraculis quaestio agitata est in Congregatione Praeparatoria die 20 Iunii 1967, ac tandem in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI, die 6 Maii vertentis anni. Idem vero Sanctissimus Dominus noster per decretum diei 4 Iulii edixit constare de duobus assertis miraculis a Deo, intercedente Venerabili Serva Dei, patratis.

His omnibus rite peractis, unum tantum supererai disceptandum : *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae beatificationem.* Proposito dubio Patres Cardinales, Revmi Praelati Officiales Consultoresque theologi favorabile responsum dederunt.

Beatissimus vero Pater, referente infrascripto S. R. Congregationis Secretario, ut *tuto ad sollemnem beatificationem Venerabilis Servae Dei Mariae ab Apostolis procedi possit* decrevit.

Hoc autem Decretum promulgari, in acta S. Rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de beatificationis sollemniis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, die 19 Septembris 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. $ S.

® Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

VI

INSTRUCTIO

De celebrationibus quae in honorem alicuius Sancti vel Beati *intra annum* a Canonizatione vel Beatificatione peragi solent.

1. Ad solemnia, quae in honorem alicuius Sancti vel Beati, *intra annum* a Canonizatione vel Beatificatione celebrari et per triduum peragi solent, requiritur peculiare indultum Sacrae Rituum Congregationis *(Codex Rubricarum,* n. 338 a, 339).

2. Singulis diebus horum solemnium permittuntur Missae Votivae de novo Sancto vel Beato, omnibus diebus liturgicis, iis tantum exceptis, quae in tabella praecedentiae sub numeris 1-10 recensentur *(Codex Rubricarum,* n. 91) ; exceptis insuper feriis Quadragesimae et feriis Adventus a die 17 ad diem 23 decembris.

Hae Missae dicuntur cum *Gloria,* sed sine *Credo,* nisi occurrat dies dominica vel festum de praecepto, aut magnus habeatur populi concursus.

3. Cotidie, tempore horum solemnium, celebrari possunt Vesperae de novo Sancto vel Beato, sine commemorationibus ; hae Vesperae valent ad satisfaciendum divini Officii obligationi quoad Vesperas eiusdem diei.

Prohibentur tamen diebus sub nn. 1-10 in tabella praecedentiae recensitis *(Codex Rubricarum,* n. 91), et insuper feriis Quadragesimae et feriis Adventus a die 17 ad diem 23 decembris.

4. Ultimo harum celebrationum die, laudabiliter solemnia concluduntur hymno *Te Deum* et benedictione cum sanctissimo Sacramento.

5. **SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA**, ad venerationem et pietatem in novos Sanctos vel Beatos impensius fovendas, christifidelibus qui, confessi, sacra Synaxi refecti et ad mentem Summi Pontificis *Pater* et *Ave* vel quamlibet aliam orationem recitantes, ecclesias vel publica oratoria, in quibus solemnia in eorum honorem peraguntur, devote visitent ibique *Pater* et *Credo* recitent, *plenariam indulgentiam* semel acquirendam benigne concedit; iis vero, qui saltem corde contrito, eodem temporis spatio, praefatam visitationem pie peragant, *partialem indulgentiam* largitur.

Die 12 septembris 1968.

BENNO Card. **GUT,** *Praefectus*

L. ©-S.

© F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

QUEBECENSIS

Nullitatis matrimonii (Lessard - Picard)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Irenis Picard-Lessard, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali Sacrae Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, **1** - Roma), in diem 17 decembris 1968, hora undecima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Irenis Picard-Lessard, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria S. R. Rotae, die 26 septembris a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Irène Picard-Lessard, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 17 décembre 1968, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Irène Picard-Lessard, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation,

II

MEDIOLANENSIS

Nullitatis matrimonii (Garrone - Ferrari)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Rosae Ferrari, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), in diem 29 ianuarii 1969, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Rosae Ferrari, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Ovidius Bejan, *Ponens*

Ex Cancellaria S. R. Rotae, die 12 octobris a. 1968.

Orlandus Di Jorio, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Rose Ferrari, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 29 janvier 1969, a 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Rose Ferrari, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Ermini - Grandchamp)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Rosarii Grandchamp, in causa de qua supra conventi, eundem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 2 decembris 1968, hora 9,30, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Rosarii Grandchamp, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Aldus Settepani, *Iudex Instructor*

Ex Aedibus Tribunalis Vicariatus Urbis, die 30 septembris 1968.

Humbertus Fiacco, *Cancellarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Rosario Grandchamp, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Roma - Piazza S. Giovanni in Laterano, 6) le 2 décembre 1968, à 9 heures 30, pour concorder le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Rosario Grandchamp, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Paolo VI lia nominato :

24 luglio 1968. L'Illmo e Revmo Mons. Glorieux Achille; i Revmi Monsignori Haas Giacomo e Lopes da Cruz Emanuele; i Revmi D. Ariens Antonio e D. Meuillet Roger; i Revmi Padri Martegani Giacomo S. J., Sullivan Patrizio S. J., Gritti Giulio P. S. S. ; il Signor Beilly Carlo, *Consultori della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

4 ottobre 1967. Al sig. Cummings Giovanni (Providence).
23 novembre » Al sig. Erhart Francesco (Wien).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 dicembre 1967. Al sig. Hitzinger Walter (Linz).
21 febbraio 1968. Al sig. Della Valle Carlo (Roma).
21 marzo » Al sig. Stefani Ulderico (Ferrara).
27 » » Al sig. Caballero Ugo *(Argentina).*
» » » Al sig. Lavezzari Antonio (Roma).
28 » » Al sig. De Mori Augusto (Roma).
4 aprile » Al sig. Nonni Nedo (Siena).
5 » » Al sig. Melaranci Augusto (Albano).
» » » Al sig. Mauri Alessandro (Roma).
» » » Al sig. Pettinelli Aldo (Roma).
» » » Al sig. Statuti Lorenzo (Roma).
9 » » Al sig. Bosca Mario (Roma).
» » » Al sig. Mingoni Giorgio (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

24 ottobre 1967. Al sig. Vitoria Louis (Westminster).
2 dicembre » Al sig. Anderson Giuseppe (Buffalo).

2	dicembre	1967.	Al sig. Broderick Giuseppe (Buffalo).
»	»	»	Al sig. Galvin Giovanni (Buffalo).
»	»	»	Al sig. Reuter Federico (Buffalo).
»	»	»	Al sig. Steffan Gualtiero (Buffalo).
6	»	»	Al sig. Antonelli Lorenzo (Boston).
»	»	»	Al sig. McDermott Giacomo (Boston).
»	»	»	Al sig. O'Donnell Giovanni (Boston).
»	»	»	Al sig. Regan Timoteo (Boston).
3	gennaio	1968.	Al sig. Van Heesewijk Antonio Cornelio ('s-Hertogenbosch).
4	»	»	Al sig. Langfelder Eugenio Ludovico (Wien).
3	febbraio	»	Al sig. Van der Lugt Guglielmo Matteo A. M. fs-Hertogenbosch).
14	»		Al sig. Bruinsma Giovanni Gerben Stefano (Haarlem).
21	»		Al sig. Payen Roberto (Lille).
23	»		Al sig. Teijssen Giovanni L. P. M. fs-Hertogenbosch).
1	marzo		Al sig. Grant Peckston Giovanni (Middlesbrough).
»	»		Al sig. Maccabe Giuseppe (Middlesbrough).
7	»		Al sig. Segard Norberto (Lille).
21	»		Al sig. Dib Camillo (Conakry).
»	»		Al sig. Gemayel Guglielmo (Conakry).
»	»		Al sig. Taffa Paolo C. (Dubuque).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

21 febbraio 1968. Al sig. Robertson Luigi (Salford).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16	dicembre	1967.	Al sig. Barba Giuseppe (Palermo).
»	»	»	Al sig. La Torre Fortunato (Palermo).
20	febbraio	1968.	Al sig. Ritschl Francesco (Wien).
21	»	»	Al sig. Corsi Ettore (Sutri).
7	marzo	»	Al sig. Franchi Antonio (Parma).
14	»	»	Al sig. Candiani Giovanni (Pavia).
»		»	Al sig. Cattaneo Angelo (Pavia).
	»	»	Al sig. Prampolini Teodoro (Reggio Emilia).
	»		Al sig. Tosi Arturo (Reggio Emilia).
»	»	»	Al sig. Di Giovine Raffaele (Roma).
21	»	»	Al sig. Cavalieri Antonio (Ferrara).
»	»	»	Al sig. Lega Carlo (Ferrara).
»	»	»	Al sig. Resca Fernando (Ferrara).
»	»	»	Al sig. Tonioli Velino (Ferrara).
»	»	»	Al sig. Sinjodjogo Parera Fernandez Pietro (Kupang).
4	aprile	»	Al sig. Strumendo Primo Giovanni (Roma).
19	»	»	Al sig. Alessi Alberto (Roma).
»	»		Al sig. Verga Pietro (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3	febbraio	1968.	Al sig. Bloem Guglielmo Gerardo (Haarlem).
14		»	Al sig. Ranke Antonio (Haarlem).
20	»	»	Al sig. Bootsma Jenze (Haarlem).
21	»	»	Al sig. Cox Giuseppe (Salford).
»	»	»	Al sig. Kirky Gerardo Timoteo (Salford).
23	»		Al sig. Coppes Roberto ('s-Hertogenbosch).
1	marzo	»	Al sig. De Iaco Luigi (Otranto).
»		»	Al sig. Bertels Gerardo Giovanni ('s-Hertogenbosch)
7	»	»	Al sig. Papacci Amleto (Velletri).
14			Al sig. Parodi Giovanni (Genova).
»	»	»	Al sig. Blasetti Francesco (Iesi).
»	»	»	Al sig. Allegrezza Antonio (Senigallia).
»	»	»	Al sig. Bruggeling Guglielmo Cornelio (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Caminada Gerardo E. M. (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. van der Heijden Tiellman M. (Rotterdam).
19	»	»	Al sig. Cavallaro Domenico (Camerino).
»		»	Al sig. Falaschi Pierluigi (Camerino).
»	»	»	Al sig. Liberti Alberto (Camerino).
»	»	»	Al sig. Mattei Angelo (Camerino).
21	»		Al sig. McLaughlin Giovanni (Des Moines).
28	»		Al sig. Benaglia Giovanni (Roma).
»	»	»	Al sig. La Bella Valerio (Roma).
»	»	»	Al sig. Ponnetti Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Severa Ennio (Roma).
4	aprile	»	Al sig. Baccalari Enrico (Lodi).
»	»	»	Al sig. Giacomelli Giuliano (Padova).
»	»	»	Al sig. Gentili Oreste (Roma).
9	»	»	Al sig. Darmanin Lorenzo (Malta).
»	»	»	Al sig. Gatt Salvatore (Malta).
	»	»	Al sig. Tonna Emmanuele (Malta).

NECROLOGIO

30	settembre	1968.	Monsig. Me Entegart Bryan Joseph, Arcivescovo tit. di Gabi.
4	ottobre	»	Monsig. Chevrier Paul, Vescovo tit. di Acque Albe di Bizacena.
22	»	»	Monsig. Moscato Demetrio, Arcivescovo di Salerno.
23	»	»	Monsig. Bereciartúa y Balerdi Lorenzo, Vescovo di San Sebastián.
24	»	»	Monsig. Colas Auguste Simeon, Arcivescovo tit. di Arcadiopoli di Europa.
27	»	»	Monsig. Mugica y Urrestarazu Mateo, Vescovo tit. di Cinna.

An. et vol. LX 28 Novembris 1968 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico — Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

SUMMI PONTIFICIS PEREGRINANTE ITER IN COLUMBIAM

Die XXII mensis augusti a. MCMLXVIII Beatissimus Pater primo mane ex Arce Gandulfi discedens, in aeronavium portu « Leonardo da Vinci » aeriam conscendit navem, ut in Columbiam se conferret et Eucharistici ex omnibus nationibus Conventus, Bogotae habendi, celebritatibus interesset.

Antequam iter suscepit, haec protulit verba omnibus qui in aeroportu aderant Illumque salutaverant :

Prima di partire Ci sentiamo obbligati a ringraziare ed a salutare quanti hanno voluto, nonostante l'ora mattutina, e a Nostro malgrado, venire all'aeroporto per augurarci il ((buon viaggio » e ad assicurarci dell'unione dei loro cuori e delle loro preghiere in questo Nostro intervento al Congresso Eucaristico Internazionale di Bogota e all'Assemblea generale dell'Episcopato Latino-Americano. Ringraziamo cordialmente tutti i presenti e tutti coloro che sono da loro qui rappresentati : anche Noi vi avremo presenti nel Nostro spirito e nella grande celebrazione di carità e di unità, che Ci attende.

Ma non possiamo lasciare voi e quanti vedono la scena della Nostra partenza e ascoltano la Nostra voce, mediante la Radio e la Televisione, senza confidarvi l'acerba amarezza e la grande ansia che pesano sull'animo Nostro a causa degli avvenimenti in corso nella Cecoslovacchia.

Saremmo disposti a rinunciare all'istante al Nostro viaggio, se sapessimo che la Nostra presenza e la Nostra opera potessero servire a qualche cosa per impedire l'aggravarsi dei mali, che già opprimono

quella a Noi sempre cara Nazione, e per scongiurarne le disastrose conseguenze, che pur troppo non è temerario prevedere.

Ancora una volta la forza delle armi sembra voler decidere delle sorti d'un Popolo, della sua indipendenza, della sua dignità; la tranquillità dell'Europa è scossa, compromessa quella del mondo, e la pace, che la maturità dei tempi, anche per un insopprimibile senso cristiano va cercando e costruendo, dopo le fìerissime esperienze delle guerre passate ed anche di quelle in corso, la pace è fieramente vulnerata, Dio voglia che non lo sia mortalmente.

Vivamente Ci rattrista questa ferita all'incolumità d'un Paese, alle buone relazioni fra i Popoli, ai principi soprattutto, tanto faticosamente e dolorosamente emersi dalla nostra storia, come indispensabili per la consistenza e per l'avvenire della civiltà.

E tanto più siamo addolorati di questa sciagura, quanto maggiormente Noi stessi Ci siamo fatti in questi anni disinteressati e ardenti apostoli della pace, ed abbiamo sperato che la diversità delle culture e degli interessi non dovesse finalmente compromettere una comune e leale cospirazione al mantenimento del diritto internazionale e alla progressiva collaborazione fra gli uomini nel nostro tempo.

Noi non vogliamo giudicare alcuno ; ma come non risalire all'analisi dei principi, donde simili sventure sembrano naturalmente scaturire?

Noi portiamo nel cuore queste amare riflessioni, che tuttavia la speranza umana e cristiana rischiara con ipotesi di sempre possibili onorevoli e pacifiche soluzioni di così deprecabile conflitto. E voglia il Signore della pace, per la cui gloria intraprendiamo questo viaggio, usarci la sua misericordia e ridare a tutti la ((tranquillità dell'ordine ».

Egli, per mano Nostra, ora tutti vi benedica.

Post meridiem, aerovehiculum terram attigit in Bogotensi aeroportu «Eldorado», ubi Summus Pontifex, ab Excellentissimo Viro Columbianae Reipublicae Praeside salutatus, simul ab aliis civilibus religiosisque Moderatoribus est exceptus.

Beatissimus Pater, Columbianam osculatus terram, Excmi Viri Caroli Lleras Restrepo, Nationis Praesidis, humanis salutationis verbis ita respondit :

Señor Presidente :

Apreciamos vivamente la cortesía que Nos dispensa con su presencia y las deferentes expresiones de cordial bienvenida, en las que percibimos el eco fiel de los sentimientos de la Nación Colombiana.

A vuestra Excelencia, a los Miembros del Gobierno, a las Personalidades eclesiásticas, civiles y militares, a cuantos aquí se encuentran congregados, Nuestra profunda gratitud por haber querido recibirnos tan amablemente al llegar en esta peregrinación religiosa que consideramos parte de Nuestro ministerio universal y con la cual deseamos reiterar, en forma inequívoca, nuestra fe, la fe de toda la catolicidad, en la Eucaristía sacrificio y sacramento, a la vez que orar ante el Principe de la Paz por el mundo tan necesitado de ella.

Un gozo íntimo y una trepidante conmoción invaden Nuestro ánimo al ver que la Providencia Nos ha reservado el privilegio de ser el primer Papa que llega a esta nobilísima tierra, a este cristiano Continente, donde un día arcano — predestinado en los designios salvíficos de Dios — comenzó a añadirse la altura de la Cruz sobre las cimas andinas y, en los viejos caminos de los chibchas y de los mayas, de los incas, aztecas y tupis-guaraníes, empezó a dibujarse la silueta de Cristo.

Pueblos de América Latina ! mecidos en idénticos mares ; cuyos ríos y cordilleras entrelazan comunidades de gentes honradas, pacientes, trabajadoras e hidalgas; cuyas fisonomías peculiares tienen el rasgo común de la fe en Cristo que ha vivificado siglos de historia y suscitado innumerables iniciativas promotoras de vuestra cultura y de vuestro bienestar. Pueblos de América! A todos y cada uno va, desde el suelo de la hospitalaria Colombia, Nuestro saludo, Nuestro afecto, Nuestra plegaria. Y Nuestro corazón se dilata para agradecer a Dios el don inmenso de vuestras creencias católicas y para implorar de El que el dinamismo de vuestra fe, tradicional y renovada, despierte cada vez más el sentido de fraternidad y de colaboración armoniosa en orden a una constante convivencia pacífica, e impulse y consolide los esfuerzos por un progreso ordenado que, con el desarrollo técnico y el cultivo racional de tantas riquezas como el Señor puso en vuestros suelos, alcance equitativamente a todas las familias y categorías, en conformidad con los principios de justicia y de caridad cristianas.

Hijos amadísimos de Colombia y de América toda! En la dulce espera de poner sobre el Altar de Congreso las intenciones, necesidades y ansias de cada uno, Nuestras manos se alzan para bendeciros con el anhelo ardiente de que los rasgos de Nuestra cruz alcancen, como testimonio de afecto y prenda de dones divinos, el mundo entero.

Inde Beatissimus Pater, autoraeda vectus, toto itinere ingenti multitudine plaudente, mediam petiit urbem et in Cathedrali Aede quamplurimis Excmis Praesulibus, Sacerdotibus et Christifidelibus hanc habuit Allocutionem :

Qué gozo sereno invade Nuestro ánimo al sentirnos, en esta Catedral, junto al Sagrario Eucaristico, con vosotros, queridos Hijos, Cardenales de la Santa Iglesia — entre quienes vemos, con Nuestro Cardenal Decano, al dignísimo Cardenal Legado y al benemérito Cardenal de Bogotá —, con vosotros, venerables Hermanos en el Episcopado, amadísimos Sacerdotes, Religiosos, vinculados todos en ese Cristo que personificamos en nuestro ministerio, en nuestra entrega a la voluntad del Padre, todos dedicados a la tremenda y dulce misión de conducir a El, por Cristo en el Espíritu, a la grande familia humana,

Gracias, amigos y colaboradores Nuestros, por la alegría espiritual que Nuestra presencia os procura. No os detengáis en Nuestra humilde persona. Elévense vuestras mentes a Aquel a quien representamos y servimos, al Señor Jesús, a quien va todo honor y gloria particularmente en estos días de su suave y pacífico triunfo.

Gracias por la felicidad que nos dais. Que cada uno de vosotros se sepa correspondido, recordado y apreciado con un puesto de predilección en Nuestro corazón.

Conocemos vuestras horas de fatigas y de entusiasmos apostólicos, vuestras jornadas dedicadas, fiel y generosamente, a vuestra santificación oblacional, a la parroquia, a la juventud, a los enfermos, a los pobres, a los niños, al mundo del trabajo, sectores en los que tanta y tan preciosa actividad desarrollan también las Congregaciones Religiosas y la Organizaciones de Apostolado Seglar. Por todo ello os felicitamos edificado, en la confianza de que Nuestro reconocimiento sea estímulo para ulteriores esfuerzos a fin de que Cristo siga llegando a tantos que todavía caminan a tientas porque aún esperan más luz y más fuerza que, con vitalidad siempre nueva, brotan del mensaje de que sois portadores.

Vivamos intensamente estos días de plegaria comunitaria, en conformidad con el espíritu de Nuestra peregrinación.

Oremos :

por la Iglesia universal, para que cada día más nítidamente refleje su misión de redención y de amor;

Oremos :

para que cuantos participamos del sacerdocio, vivamos continuamente nuestra consagración sobrenatural y divina, con la conciencia

de ser Cristo comunicado y difundido, respetando sus dimensiones de santidad y de servicio abnegado;

Oremos :

por el aumento y perseverancia de las vocaciones;

Por la armonía y santificación de las familias ;

por cuantos sufren ;

por la concordia y la paz del mundo en la justicia y en el amor.

Bogotá es un Cenáculo de transustanciación sacramental, es la continuidad de aquel primero, donde tiene que seguir oyéndose, puesta en nuestros labios, la plegaria de Jesús al Padre por la Iglesia, por los hombres, y requiere que todos nosotros, en la espera de una nueva efusión de Pentecostés, perseveremos unánimamente en oración con María, su Madre.

A esta actitud os invita y alienta la Bendición Apostólica que, de todo corazón, os impartimos.

Eodem die, vespere in magno amphitheatro seu « Campo Eucharistico » Beatissimus Pater sacrorum alumnis Diaconatus et Presbyteratus ordinem sollemni contulit ritu ad illosque haec protulit verba :

Señor Jesús ! Te damos gracias por el misterio que acabas de realizar Tú, mediante el ministerio de nuestras manos y de nuestras palabras, por obra del Espíritu Santo.

Tú, te has dignado imprimir en el ser personal de estos elegidos tuyos una huella nueva, interior e imborrable; una huella, que les asemeja a Ti, por lo cual cada uno de ellos es y sarà llamado : otro Cristo. Tú has grabado en ellos tu semblante humano y divino, confiriéndoles no sólo una inefable semejanza contigo, sino también una potestad y una virtud tuyas, una capacidad de realizar acciones, que sólo la eficacia divina de tu Palabra atestigua y la de tu voluntad realiza.

Tuyos son, Señor, estos tus hijos, convertidos en hermanos y ministros tuyos, por un nuevo título. Mediante su servicio sacerdotal, tu presencia y tu sacrificio sacramental, tu evangelio, tu Espíritu, en una palabra, la obra de tu salvación, se comunicará a los hombres, dispuestos a recibirla; se difundirá en el tiempo de la generación presente y de la futura una incalculable irradiación de tu caridad e inundará de tu mensaje regenerador esta dichosa Nación y este inmenso

continente que se llama América Latina y que acoge hoy los pasos de nuestro humilde, pero incontenible, ministerio apostólico.

Tuyos son, Señor, estos nuevos servidores de tu designio de amor sobrenatural; y también nuestros, porque han sido asociados a Nos en la gran obra de evangelización, como los más calificados colaboradores de nuestro ministerio, como hijos predilectos nuestros ; más aun, como hermanos en nuestra dignidad y en nuestra función, como obreros esforzados y solidarios en la edificación de tu Iglesia, como servidores y guías, como consoladores y amigos del Pueblo de Dios, como dispensadores, semejantes a Nos, de tus misterios.

Te damos gracias, Señor, por este acontecimiento, que tiene origen en tu infinito amor y que, más que hacernos dignos, nos obliga a celebrar tu misericordia misteriosa y nos incita solícitamente, casi con impaciencia, para salir al encuentro de las almas a las cuales está destinada toda nuestra vida, sin posibilidad de rescate, sin límites de donación, sin segundas intenciones de intereses terrenos.

Señor ! en este momento decisivo y solemne, nos atrevemos a expresarte una súplica candorosa, pero no falta de sentido : haz, Señor, que comprendamos.

Nosotros comprendemos, cuando recordamos que Tú, Señor Jesús, eres el mediador entre Dios y los hombres; no eres diafragma, sino cauce ; no eres obstáculo, sino camino ; no eres un sabio entre tantos, sino el único Maestro ; no eres un profeta cualquiera, sino el intérprete único y necesario del misterio religioso, el solo que une a Dios con el hombre y al hombre con Dios. Nadie puede conocer al Padre, has dicho Tú, sino el Hijo, y aquel a quien el Hijo, que eres Tú, Cristo, Hijo del Dios vivo, quisiere revelarlo.[1] Tú eres el revelador auténtico, Tú eres el puente entre el reino de la tierra y el reino del cielo : sin Tí, nada podemos hacer.[2] Tú eres necesario, Tú eres suficiente para nuestra salvación. Haz, Señor, que comprendamos estas verdades fundamentales.

Y haz que comprendamos, cómo nosotros, sí, nosotros, pobre arcilla humana tomada en tus manos milagrosas, nos hemos transformado en ministros de esta tu única mediación eficaz.[3] Corresponderá a nosotros, en cuanto representantes tuyos y administradores de tus divinos miste-

[1] **Cfr. *Matth.* 11, 27; *Io.* 1, 18.**

[2] **Cfr. *Io.* 15, 5.**

[3] **Cfr. S. *Th.* III, 26, 1, ad 1.**

rios[4] difundir los tesoros de tu palabra, de tu gracia, de tus ejemplos entre los hombres, a los cuales desde hoy está dedicada totalmente y para siempre toda nuestra vida.[5]

Esta misma mediación ministerial nos sitúa, hombres frágiles y humildes como seguimos siendo, en una posición, sí, de dignidad y de honor,[6] de potestad,[7] de ejemplardidad,[8] que califica moral y socialmente nuestra vida y tiende a asimilar el sentimiento de nuestra conciencia personal al mismo que embargó tu divino corazón, Oh Cristo,[9] habiéndonos convertido nosotros también, casi conviviendo contigo, en Tí,[10] en sacerdotes y víctimas al mismo tiempo,[11] dispuestos a cumplir con todo nuestro ser, como Tú, Señor, la voluntad del Padre,[12] obedientes hasta la muerte, como lo fuiste Tú hasta la muerte de cruz[13] para salvación del mundo.[14]

Pero ahora, Señor, lo que quisiéramos entender mejor, es el efecto sicológico que el carácter representativo de nuestra misión debe producir en nosotros y la doble polarización de nuestra mentalidad, de nuestra espiritualidad y también de nuestra actividad hacia los dos términos que encuentran en nosotros el punto de contacto y de simultaneidad : Dios y el hombre, en una analogía viviente y magnífica contigo, Dios y hombre.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum sacratissima Christi verba : *8 i quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me (Matth.* 16, 24) manifesto significent quas debeant evangelicae legis asseclae suscipere vitae rationes, quam semitam ad aeternam vitam tenere ; cumque praeterea idem declaraverit Christus se et mundum vicisse (cf. *Io.* 16,33) et suis adesse usque ad consummationem saeculi (cf. *Matth.* 28, 20), non est dubitandum quin iam a primordiis in catholicam Ecclesiam actae vexationes eidem potius victorias quam offensiones pepererint, eamque ad ampliores adipiscendos triumphus in omne aevum perducant. Quemadmodum videlicet Sanctus Hilarius scripsit : *Hoc Ecclesiae proprium est, ut tunc vincat, cum laeditur; tunc intellegat, cum arguitur, tunc obtineat, cum deseritur; dum vexatur, floret; dum opprimitur, crescit; dum contemnitur, proficit; tunc stat, cum superari videtur (De Trinit.,* lib. IV). Haud absimilem ideo sortem exspectare sibi poterant ii Coreanae nationis fidelium coetus quibus evangelica doctrina erudiendis et efformandis operam suam sedulam probabilemque admodum impenderunt in praesensque strenue impendunt sodales Societatis Parisiensis missionum ad exteras gentes. Quorum profecto fidelium quot, per saeculorum decursum ab christiani nominis hostibus vexati, vita et sanguine fidei nostrae sanctitatem confirmaverint, numero percenseri nequeunt; de quibusdam tamen invictis Christi athletis peculiarem iuvat serere sermonem, qui divino Begi praeclarum constantiae testimonium dederunt, quibusque mirae fortitudinis quasi facem duo praetulerunt sacri Episcopi necnon quinque e Gallica natione sacerdotes, eiusdem Societatis Parisiensis sodales, ibidem locorum christianae religionis praecones et propagatores. Sed rem praestat ordine exponere, quo clarius pateat qua idonea prorsus opportunitate in huius Petrianae basilicae maiestate sollemnia hodie habeantur, ad Beatorum Caelitum honores decernendos Simeoni Berneux, Episcopo, eiusque tribus et viginti sociis, qui, superiore saeculo, se alii aliis Coreae locis in mortem acerbissimam, Christi confitendi causa, obtulerunt. Qui mente con-

siderei quam grave semper et laboriosum opus sit evangelicam inter ethnicos legem promulgare, is sane intellegat cur apud Coreanas gentes fuerit illud praecipue arduum et maximis implicatum difficultatibus. Nam id proprium nationis illius ac quasi nativum fuit, a maioribus videlicet accepta instituta, ritus, mores integra omnino servare eademque solida atque incorrupta posteris tradere. Haec autem in more posita causa fuerunt peculiaris, cur populus ille nec maturius, quam pro exspectatione et labore, nec latius, a vana superstitione reductus, Christi luce fuerit collustratus. Ut primum enim ad christianam legem ibi locorum propagandam et firmandam data est opera — quod exeunte saeculo decimo octavo factum esse constat — in christianos fideles saeviri coeptum est cum iisdemque magis magisque hostiliter agi. Ab anno praeterea millesimo octingentesimo secundo ad usque millesimum octingentesimum sexagesimum sextum, pluries editis a civili potestate decretis vetitum est ne perversam, uti appellabatur, Christi religionem Coreani cives susciperent, quippe quae maiorum everteret mores consuetudinçsque. Hinc vexationes initae, hinc caedes : christianorum nempe fidelium alii vel ad vitam necessariis exuti, sua alii ipsa e domo depulsi, alii in ferrum et in vincula coniecti, alii concisi, obtruncati, laqueo iugulati. His igitur adiunctis suum profuderunt sanguinem viri sancti illi, *quorum revera non erat mundus dignus (Hebr.* 11, 35), quorumque memoria et laude merito gaudet in primis Coreana tellus cunctaque simul catholica Ecclesia. Hi sunt : Simeon Berneux, Episcopus titulo Capsensis idemque Vicarius Apostolicus Coreae. Ei, post varia et acerrima adhibita in carcere tormenta, caput tandem, in pago per vulgus appellato Sai-Nam-To, abscissum, die octavo mensis martii, anno millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, cum esset quinquaginta duorum annorum. Cum eo, iisdem cruciatibus affecti, mortem Christum confitentes obierunt : Iustus Raufer de Bretenières, duorum de triginta annorum ; Ludo vicus Beaulieu, sex super viginti annorum ; Petrus Henricus Dorié, viginti septem annorum, sacerdotes e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes. Quos, in pago Syou-Yeng nuncupato, die tricesimo eiusdem mensis et anni, iisdemque et suppliciis cruciati et mortis genere interfecti, secuti sunt : Antonius Daveluy, Episcopus titulo Aconensis et Coadiutor Vicarii Apostolici Coreae, vir duorum de quinquaginta annorum ; Petrus Aumaître, unius de triginta annorum; et Martinus Lucas Huin, triginta annorum, item sacerdotes et sodales Societatis Parisiensis, quam diximus. Ac praeterea : Lucas Hoang Tjai-Ken, nuptus, vir duorum et quinquaginta annorum ;

Iosephus Tjyang-Nak-Syo, christianae doctrinae institutor, annorum sexaginta quattuor; Thomas Son Tja-Syen, nuptus, triginta annorum vir, in carcere pagi Kong-Tjyou nuncupati laqueo suffocatus. Ante hos autem, in Christum fidem suam profitentes, mortem subierant : Petrus Ryou Tjyeng-Rioul, paterfamilias, quem, quinquagesimum annum agentem, in pago Pyeng-Yang, die decimoséptimo mensis februarii, eodem anno, quidam eius ipsius socii qui, mortis metu capti, a christiana religione antea defecerant, ad mortem usque virgis ceciderunt; Ioannes Baptista Nam Tjyong-Sam, paterfamilias idemque regius camerarius, die sexto mensis martii eiusdem anni caput caesus, cum esset quinquaginta annorum; Petrus Tchoi Tchi-Tchyeng, paterfamilias, annorum septem et quinquaginta; atque Ioannes Baptista Tjyeng Seung-Yen, paterfamilias, quinquaginta et quinque annorum; his quoque, post acerrima illata cruciamenta, caput praecisum, in pago vulgo Ñei-Ko-Ri. Postridie vero, in pago Sai-nam-the, propter Christum camitici collum praebuerunt Marcus Tyeng, nuptus, doctrinae christianae institutor, annorum unius super septuaginta; atque Alexius Ou Syei-Hpil, unius de viginti annorum iuvenis. Eorum vero, qui die tertiodecimo mensis decembris, eodem anno, in pago Tjyen-Tiyou vita et sanguine catholicae fidei sanctitatem commendarunt, praeprimis recensendi Petrus Tjyo Hoa-Sye, vir quadraginta annorum, eiusque filius nomine Iosephus, septemdecim natus annos, post quinque tamen dies fustibus occisus quam obtruncatus pater : vetabat enim Coreana lex, ne plures eiusdem familiae socii eodem die morte plecterentur. Memorandi praeterea : Petrus Ni Mieng-Sye, paterfamilias, annorum quinquaginta; Bartholomaeus Tjyeng Moun-Ho, paterfamilias, vir quinque et sexaginta annorum; Petrus Son Syen-Tji, paterfamilias evangelicaeque legis institutor, septem super quadraginta annorum ; Iosephus Han Ouen-Ye, quondam et ipse Christi legi docendae praepositus, vir duorum de quadraginta annorum ; Petrus Tjieng Ouen-Tji, adulescens unius et viginti annorum. His quoque, in carcere postquam immanissimo tormento excarnificati sunt, caput tandem caesus. Demum, die vicesimo mensis ianuarii, anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo, in pago Tai-Kou appellato, caput obtruncatum est Ioanni Ni Youn-Il, patrifamilias eidemque christianae doctrinae institutori, cum quinque et quadraginta esset annorum. Tanta autem horum virorum virtus et, religionis causa, tolerata supplicia e populi atque sodalium memoria non exciderunt. Quapropter, ipsorum fama crebrescente, de eorum martyrio martyriique causa, post ordinarios

quos vocant processus, apud Sacram Rituum Congregationem acta est quaestio. Commissionem autem Introductionis causae de famulo Dei Simeone Berneux deque eius sociis Beatorum Caelitum ordini aceensendis Benedictus XV, fel. rec. Decessor Noster, die tertiodecimo mensis novembris, anno millesimo nongentesimo duodevicesimi, manu sua signavit. Absolutis deinde omnibus quae ad Sacri illius Rituum Consilii instituta et normas cognoscenda fuerant et pertractanda, coactisque de more comitiis, Nos, comitiis generalibus, die sexto superioris mensis maii habitis, statim iussimus decretum de venerabilis famuli Dei Simeonis Berneux eiusque trium et vinginti sociorum martyrio martyriique causa apparari, atque, concessa a signis seu miraculis dispensatione, ad reliqua pergeretur oportere censuimus. Die denique undevicesimo mensis septembris, hoc anno, sollemni sententia decrevimus *tuto* procedi posse ad sollemnem illorum martyrum, quos Coreanos vocant, beatificationem.

Quae cum ita sint, Nos, vota implentes sodalium omnium Societatis missionum ad exteras gentes atque fidelis populi totius Coreae, auctoritate Nostra apostolica Litterarumque harum vi atque perpetuum in modum, facultatem facimus ut venerabilis Dei famulus Simeon Berneux eiusque viginti tres socii martyres, *Beatorum* nomine in posterum appellentur eorumque reliquiae, si exstent, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publice christifidelium venerationi proponantur, atque eorumdem imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus, ut de illis recitetur quotannis officium de communi Martyrum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa cum partibus propriis approbatis celebretur iuxta Breviarii et Missalis Romani rubricas. Eiusmodi vero officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in omnibus et singulis domibus sodalium Societatis Parisiensis missionum ad exteras gentes inque cunctis Coreae circumscriptionibus ecclesiasticis, in quibus iidem martyres aut nati sunt, aut vixerunt, aut martyrium fecerunt, ab omnibus, qui Horas canonicas recitare tenentur, et, quod ad Missam pertinet, ab omnibus sacerdotibus cum saecularibus tum regularibus ad templa, in quibus festum agitur, confitentibus. Concedimus denique ut beatificationis sollemnia eorumdem beatorum martyrum in domibus eiusdem Societatis Parisiensis, cunctisque locis, quos modo diximus, die ab locorum Ordinariis praefiniendo, peragi queant, intra annum postquam eadem sollemnia in basilica Vaticana celebrata sunt, contrariis quibuslibet non obstan-

tibus. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus in iudicialibus etiam disceptationibus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis signification!, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Octobris, anno Domini **MDCCCCLXVIII**, Pontificatus Nostri vi

ALOISIUS Card. TRAGLIA
Sanctae Romanae Ecclesiae Cancellarius

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVII, n. 55.

EPISTULA

Ad Exc.mum P. D. Georgium Andream Beck, Archiepiscopum Liverpolitanum, quarto saeculo volvente a condito Studiis provehendis « Düacensi Anglorum Collegio ».

PAULUS PP. VI

Qua Praeses coetus Episcoporum Seminario regionali Sancti Cuthberti moderando, merito excitandam curasti antiquitatis memoriam, siquidem brevi quartum explebitur saeculum ex quo prima eiusdem sedes Duaci apud Flandros, Hispanicae dicioni tunc subiectos, condita fuit. Etenim perdifficilibus illis temporibus, quibus, Anglia fere tota a communione Apostolicae Sedis lugendo discidio seiuncta, tot catholici inde coacti sunt in exsilium ire, opera et studio Gulielmi Allen, postmodum in Cardinalium Collegium cooptati, domus, ubi Ecclesiae catholicae filii ex ista Insula oriundi rite instituerentur, anno millesimo quingentésimo sexagesimo octavo est provide constituta.

Ex quibus multi, sacerdotio aucti, in patriam revertebantur annisuri, ne veteris fidei flamma ibi exstingueretur sed ut nova veluti vi concepta arderet. Divino sane munere contigit, ut intrepidi viri illius inceptum felicissimos exitus haberet. Sed anno millesimo septingentésimo nonagésimo tertio propter bellicas turbas et calamitates inditum

hoc « Duacense Collegium Anglorum)), quemadmodum appellari solebat, clausum est. Non tamen interiit, quandoquidem, e terra continenti in Insulam translata, haec domus in loco « Ushaw)) prope urbem « Durham » ut Seminarium sex dioecesium Angliae Septentrionalis refloruit. Moliente praesertim Carolo Newsham, moderatore, haec <(Alma Mater Duacensis rediviva)) laetissimis auctibus crevit.

Est etiam prae Nobis ferendum studia in sede sive vetere sive nova diligenter esse exercita et exerceri, ea quidem ratione, quae in magnis Athenaeis vigeat.

Iuvat autem potissimum memorare hunc fuisse veluti hortum, in quo flores sanctitatis colerentur. Non pauci enim Collegii Duacensis alumni, catholicae fidei causa, quam inter cives tuebantur ac disseminabant, mortem obierunt, quorum primus fuisse cognoscitur Sanctus Cuthbertus Mayne, anno millesimo quingentésimo septuagesimo septimo supplicio affectus.

Haec fausta igitur saecularis celebratio omnes, qui praesunt, qui docent, qui discunt, impellat, ut egregiam et singularem hanc quasi hereditatem integram servent novoque nisu adaugeant. Persuasum sibi habeant, maxime alumni, solum sincera animi sanctimonia apostolatum fieri fructuosum : studeant ergo « secundum formam Evangelii vivere, in fide, spe et caritate firmari, ut in earum exercitio spiritum orationis sibi acquirant, vocationis suae robur et munimen consequantur, ceterarum virtutum vigorem obtineant et zelo omnes homines Christo lucrif aciendi crescant » ; [1] splendescat in illis oboedientia Ecclesiae Magisterio et moderatorum auctoritati praestanda. Ad haec exemplis maiorum trahantur, qui eorum domui veri nominis gloriam adiunxerunt.

Haec ominati, Dilecto Filio Nostro Gabrieli Cardinali Garrone, Praefecto Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, qui anniversariis sollemnibus praesidebit, tibi, Venerabilis Frater, ceterisque praedicti coetus Episcopis, Seminarii istius moderatoribus, professoribus et alumnis et omnibus, qui eidem celebritati intererunt, Benedictionem Apostolicam, caelestium donorum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xn mensis septembris, anno **MCMLXVIII,** Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

[1] **Conc. Oec. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 8.**

ALLOCUTIONES

I

Moderatoribus ac Sodalibus ex Ordine Fratrum B. Mariae Virg. de Monte Carmelo, ex Ordine Augustinianorum Recollectorum et e Congregatione Rogationistarum a Corde Iesu, qui Generali Coetui suae cuiusque religiosae communitatis interfuerunt. *

Il Nostro saluto e la Nostra benedizione a voi, figli diletti dell'Ordine dei Carmelitani dell'Antica Osservanza, dell'Ordine degli Agostiniani Recolletti e della Congregazione dei Rogazionisti del Cuore di Gesù ! Vi accogliamo con viva e commossa benevolenza, in questo incontro di anime, in cui, nel vedervi stretti attorno a Noi come in pegno di profonda fede in occasione dei singoli Capitoli Generali speciali, che avete tenuto o state celebrando, amiamo considerare con voi presenti tutti i vostri confratelli delle vostre rispettive Famiglie Religiose.

Siate i benvenuti in questa Casa che, come si apre quale un ampio mare a tutte le confluenze della immensa famiglia cattolica e umana, così vuole accogliere con particolare distinzione, con singolare onore, con specifica predilezione gli uomini di Dio, quali voi siete e fate solenne e aperta e irrevocabile professione di essere : gli uomini a Lui consacrati come suoi ministri e rappresentanti, collaboratori fedeli della sacra Gerarchia da Lui stabilita, testimoni in mezzo al mondo dei beni futuri, in una parola, come l'ornamento della Sposa di Cristo, quali li ha più volte definiti e voluti il Concilio Vaticano II.[1]

E proprio per secondare uno dei chiari e programmatici voleri del recente Concilio — il rinnovamento della vita religiosa — voi vi siete riuniti in questi giorni, dalle varie case di preghiera e di apostolato, sparse nel mondo, per la celebrazione dei Capitoli Generali speciali, che rivestono un carattere ad un tempo ordinario e straordinario : ordinario, perché corrispondono alle vostre leggi antiche e piene di saggezza, ma anche straordinario, dal momento che si riuniscono per dar mano a quell'opera di perfezionamento, interiore ed esteriore, segreto e manifesto, personale e collettivo, a cui il Concilio medesimo ha chiamato le vostre Famiglie, a esse richiedendo « il continuo ri-

* Die 14 mensis septembris a. 1968.

[1] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 44, 46.

torno alle fonti di ogni vita cristiana e allo spirito primitivo degli istituti, e l'adattamento degli istituti stessi alle mutate condizioni dei tempi ».[2] Noi abbiamo visto dalle vostre singole delucidazioni sui lavori intrapresi che voi volete uniformarvi con generoso impegno e ferma volontà a queste precise consegne conciliari : e ve ne siamo grati, rallegrandoci parimente con voi per i sentimenti manifestati, e incoraggiandovi a percorrere fino in fondo la via intrapresa, con intelligenza, con umiltà, con amore.

L'ora che noi viviamo oggi, nella Chiesa e nel mondo, è solenne, è importante : diremmo, è unica. È un'occasione di grazia, che forse non passerà più; è un invito indeclinabile a secondare l'opera dello Spirito Santo, che fa sentire alla coscienza dei credenti, dei sacerdoti, dei religiosi, l'assillo urgente di salvare il mondo, di prodigarsi per la sua evangelizzazione e anche per la sua evoluzione verso strutture migliori. Per qualcuno, quest'ansia di rispondere alle esigenze dell'ora si trasforma in esagitazione febbrile, che vorrebbe sganciarsi da tutto quanto è stato ereditato dal passato, per seguire vie nuove o non sufficientemente collaudate dalla prudenza, buttarsi a corpo morto all'azione, uniformandosi a mentalità e usi che non sono ecclesiastici, bensì mondani, ambigui, compromettenti, nella speranza di trovare così più facile accesso verso le parti del pubblico più refrattarie o chiuse al messaggio cristiano. Vi sono anche, tra questi, religiosi, anime consacrate.

Ad essi, e a tutti i Nostri figli religiosi Noi vorremmo ricordare che proprio il Concilio, nel postulare con forti parole il necessario rinnovamento, ha posto anzitutto l'accento sul primato della vita spirituale, senza la quale ogni pur splendido dono e valente capacità, ogni pur volonteroso sforzo, meramente umani, non possono che ridursi a cembalo squillante, a bronzo risonante ma vuoto : ((Coloro che fanno professione dei consigli evangelici, sopra tutto cerchino ed amino Dio che per primo ci ha chiamati, e in tutte le circostanze cerchino assiduamente di alimentare la vita nascosta con Cristo in Dio, donde scaturisce e riceve impulso l'amore del prossimo per la salvezza del mondo e l'edificazione della Chiesa. La stessa pratica dei consigli evangelici è animata e regolata da questa carità. Perciò i membri degli istituti coltivino con assiduità lo spirito di preghiera e

[2] **Decr.** ***Perfectae caritatis,*** **2.**

la preghiera stessa, alimentandosi alle fonti genuine della spiritualità cristiana)).[3]

A voi, figli e fratelli diletti, ripetiamo il grave ammonimento del Concilio, che ove si spenga la comunione ininterrotta con la sorgente di ogni vita e attività soprannaturale, non può che morire ogni fecondità spirituale, prima nella vita personale e poi nell'azione apostolica.

Siamo certi che il richiamo trova particolarmente in voi terreno fecondo : abbiamo stamane la consolazione di intrattenerci con istituti religiosi che fanno del rapporto amoroso e assiduo con Dio, del colloquio a tu per tu con Lui, dell'intimità con la sua vita e con la sua Parola, uno dei cardini insostituibili della propria organizzazione religiosa, uno dei tratti inconfondibili della propria fisionomia irrepetibile ed essenziale. Parliamo a voi, Carmelitani dell'Antica Osservanza, ceppo robusto di sempre vigoreggiante vitalità, la cui vita interiore e attività apostolica s'illuminano dei riflessi costanti di una trepida, confidente, tenerissima pietà mariana; a voi, Agostiniani Eecolletti, che vi tramandate l'ansia di perfezione e di vita interiore, di pretta e solida marca agostiniana, ricevuta fin dalla fondazione, in quella mirabile fioritura di santità che distinse i tempi immediatamente successivi al Concilio Tridentino, e fate degli esercizi di vita contemplativa il movente primo del vostro apostolato missionario ; a voi, Padri Rogazionisti del Cuore di Gesù, il cui stesso nome vi qualifica nella missione e nell'immagine di adoratori e di imploranti per la missione più alta e più bella, di meritare e preparare le vocazioni per il Regno di Cristo. La vita interiore è al primo posto nella molteplice configurazione dei vostri singoli istituti : e pertanto, ne siamo certi, l'auspicato rinnovamento saprà trarre di là il movente, l'ispirazione, il fuoco, il il metodo, la salvaguardia, la protezione per la sua efficacia e profondità. Siate gli ((specialisti di Dio », prima e sopra tutto : lanciatevi sulla via generosa dell'imitazione di Cristo, della sequela ardente e sincera della sua ubbidienza, della sua povertà, della sua umiltà, della sua vita verginale, portando con Lui la Croce che, sola, ha salvato e salva le anime; e allora sarete anche i suoi apostoli sulla via del mondo, nei paesi in via di sviluppo ove militate quotidianamente le sante e pacifiche battaglie del Vangelo, per l'elevazione spirituale e sociale delle famiglie e dei popoli. Sarete il lievito nella pasta, sarete la luce posta sul monte, il sale della terra, la lampada che arde e dà

[3] **Ibid. 6.**

luce ; sarete gli intercessori, i mediatori, i supplici per i doni di Dio all'umanità ; sarete gli ambasciatori suoi : *pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos!* [4]

Questi i Nostri voti, che vi affidiamo col cuore traboccante di affetto per le vostre benemerite e degnissime Famiglie Religiose, e con la promessa di una preghiera, affinché il Signore le ricolmi degli splendori della sua grazia celeste, e le stringa a sé col suo patto di amore unico e vero, per l'ornamento della sua Chiesa e la salvezza dell'umanità. Con la Nostra Apostolica Benedizione.

II

Ad Excellentissimum Virum Dioni Hamari, Reipublicae v. d. Niger Praesidem, a Beatissimo Patre coram admissum. *

Monsieur le Président,

Nous sommes très heureux de vous accueillir ce matin dans Notre demeure, ainsi que les hautes personnalités qui vous accompagnent dans votre voyage en Europe. A tous, Nous souhaitons de grand cœur la bienvenue au Vatican. Et, en vos personnes, ce sont tous les Etats de votre Communauté africaine et malgache que Nous saluons.

Comment ne Nous réjouirions-Nous pas de vous savoir tous attachés à un commun effort dans la recherche d'un progrès, qui soit bénéfique pour tous les peuples que vous représentez? Nous le disions dans Notre Encyclique *Populorum progressio,* après avoir mis en garde contre le nationalisme et le racisme : ((Nous espérons que les pays dont le développement est moins avancé sauront profiter de leur voisinage pour organiser entre eux, sur des aires territoriales élargies, des zones de développement concerté » . [1] Et nous ajoutions aussitôt que le but de toute aide de la part de ceux qui sont plus développés était de permettre aux autres « de découvrir eux-mêmes, dans la fidélité à leur génie propre, les moyens de leur progrès social et humain. Car c'est là qu'il faut en venir. La solidarité mondiale, toujours plus efficiente, doit permettre à tous les peuples de devenir eux-mêmes les artisans de leur destin » . [2]

[4] *2 Cor.* 5, 20.
*** Die 28 mensis septembris a. 1968.**
[1] N. 64.
[2] Nn. 64-65.

C'est pour Nous une conviction si profonde que Nous avons tenu à y revenir, en Nous adressant plus directement à vous dans Notre *Message* à l'épiscopat et à tous les peuples d'Afrique, pour la promotion du bien religieux, civil et social de leur continent. Nous vous le redisons aujourd'hui : c'est à vous qu'il appartient de prendre en mains votre avenir, et, dans la fidélité à vos riches traditions ancestrales, de le bâtir selon des modalités qui vous seront propres, en une symbiose originale des valeurs vécues par ceux qui vous ont précédés, et de l'apport que les moyens modernes peuvent mettre à votre disposition. L'une de ces valeurs essentielles, vous le savez, est le respect des personnes humaines, dans les légitimes et diverses expressions de ses modes de vie. Aussi, une fois encore demandons-Nous que personne ne soit inquiété en raison de sa race, et qu'un terme soit mis « aux désordres et aux actes de violence ... qui infligent souffrances et misères à des populations désarmées, tranquillement attachées à leur travail ».[3]

Qui n'entendrait le cri de détresse de tant de malheureux, et qui pourrait demeurer insensible à la misère de ses frères? Nous ne pouvons taire Notre angoisse devant des situations affreuses et Nous sommes sûr que tous les hommes de cœur voudront unir leur bonne volonté pour chercher les moyens d'empêcher de telles souffrances et de permettre à tous de mener une vie d'homme.

Mais, Nous le savons, le continent africain, et la grande île de Madagascar, sont aussi en marche vers un immense progrès économique et humain. Avec vous, Nous Nous réjouissons de vos projets, et déjà de vos réalisations. Et Nous sommes heureux de vous voir prendre la place qui vous revient dans le concert des peuples. Aussi aimons-Nous vous redire, au terme de ce trop bref entretien, toute Notre affection et aussi Notre espérance pour l'avenir, et Notre joie de savoir Nos fils catholiques participer joyeusement au milieu de leurs frères à l'effort commun.

Et de grand cœur, Monsieur le Président et chers Messieurs, Nous appelons sur vos personnes, vos familles et vos peuples, l'abondance des faveurs du Dieu Tout-Puissant.

[3] N. 15.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SAGRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die S Iulii 1968. — Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » partis arcidioecesis Vilnensis in Polonia exstantis deputavit Exc. P. D. Ladislaum Suszyñski, Episcopum tit. Tabborensem.

die 6 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Papiensi praefecit Exc. P. D. Antonium Angioni, hactenus Episcopum tit. Hipponensem.

die 8 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquavivensi Exc. P.D. Vincentium Faustinum Zazpe, hactenus Episcopum Raphaëliensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Emi P. D. Nicolai S. R. E. Cardinalis Fasolino, Archiepiscopi S. Fidei in Argentina.

— Cathedrali Ecclesiae Avellanediensi Exc. P. D. Antonium Quarracino, hactenus Episcopum Sancti Dominici Novem Iulii.

die 13 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Tampicensi Exc. P. D. Arturum A. Szymanski Ramírez, hactenus Episcopum S. Andreae de Tuxtla.

die 15 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Foropopuliensi R. D. Benvenutum Matteucci, Canonicum Capituli ecclesiae cathedralis Pistoriensis, quem constituit Administratorem Apostolicum « sede plena)) metropolitanae Ecclesiae Pisanae.

die 27 Augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Lauriacensi R. P. D. Hieronymum Prigione, e clero dioecesis Alexandrinae Statiellorum, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, quem deputavit Apostolicum Nuntium in Rebuspublicis Guatimalensi et Salvatoriana.

die 21} Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Carinensi R. P. D. Villelmum Giaquinta, e clero romano, Vicariatus Urbis a secretis,

quem deputavit Administratorem Apostolicum « sede vacante)) dioecesis Tiburtinae.

die 5 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Gaspiensi R. P. Aegidium Ouellet, sodalem Societatis pro Missionibus exteris provinciae Quebecensis.

II

CHILAPENSIS - TOLUCENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studentes, Excmi PP. DD. Fidelis Cortés Pérez, Episcopus Chilapensis, et Arturus Vélez Martínez, Episcopus Tolucensis, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut territorium paroeciae vulgo *Tetcicapán* nuncupatae a dioecesi Chilapensi distraheretur et dioecesi Tolucensi adnecteretur, ita quidem ut dioecesium limites cum civilibus confini is deinde convenirent.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Excñii P. D. Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titularis Tuscamiensis, in Republica Mexicana Apostolici Delegati, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Chilapensi territorium praefatae paroeciae *Tetcicapán* distrahit illudque dioecesi Tolucensi perpetuo adnectit.

Mandat insuper Sacra Congregatio pro Episcopis ut documenta et acta praefati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a tabulario Curiae Chilapensis ad archivum Curiae Tolucensis, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet statuit ut, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detineant ; ceteri autem sacerdotes, clerici, Seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Excmum P. D. Vidonem Dei Mestri deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 4 mensis Octobris anno 1968.

CAROLUS Card. **CONPALONIBRI,** *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

BONONIENSIS

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Cleliae Barbieri, fundatricis Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.*

Diu vixisse multaque explevisse tempora illum qui brevi tempore per gratiam Dei suamque cum illa studiosam cooperationem evaserit in prudentia et virtute perfectus, Sapiens asserit : « *Consummatus in brevi, explevit tempora multa* » (Sap. 4, 16). Divinum hoc eloquium apte transferri potest in Venerabilem Servam Dei Cleliam Barbieri.

Profecto, humillimo loco orta in pago cui vulgo nomen *S. Maria delle Budrie,* intra Bononiensis archidioeceseos fines posito, die 13 Februarii a. 1847, mature praeclara dedit pietatis et caritatis documenta, atque patre orbata adolescentiam una cum matre duxit indefessa in oratione atque laboribus. Nuptias, ut uni Deo viveret suo spirituali

sui parochi moderamine, respuit. Quod ut facilius assequeretur, nonnullas sibi socias adlexit, unde sensim enatum est Institutum Minimarum a Virgine Perdolente, humilioribus coetibus adiuvandis atque christiana educatione muniendis, necnon infirmis in nosocomiis assistendis. Minimum hoc sinapis granum, paupertate summa, tribulationes pluribusque insectationibus fecundatum, in virentem post Cleliae obitum, qui obtigit die 13 Iulii a. 1870, aetatis eius vigesimo tertio, succrevit arborem, quae laetos uberesque ad animarum salutem rettulit et refert fructus.

Amplissima sanctitatis et miraculorum fama, quae Famulam Dei in vita et post mortem comitata est, adeo in dies aucta et diffusa est, ut tandem de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coeptum sit. Quapropter eadem super fama instructus est annis 1930-1932 in Curia Bononiensi ordinarius, qui dicitur, processus, qui Romam missus rite apertus est atque examini subiectus. Nihil autem obstare, scriptis Servae Dei perpensis, ad causae progressum Sacra Rituum Congregatio die 17 Aprilis a. 1935 decrevit, atque die 15 Martii a. 1939 Pius Papa XII commissionem introductionis Causae propria obsignavit manu. Obtenta deinde, die 4 Augusti eiusdem anni, dispensatione a processu apostolico condendo super fama sanctitatis in genere eiusque continuatione, datae sunt die 16 Decembris a. 1939 litterae remissoriales ad instruendum processum apostolicum inchoativum, quem dicunt, ne probationes périrent. Lato deinde die 28 Februarii a. 1940 decreto super cultu eidem Servae Dei non praestito, successit, die 5 Februarii a. 1942, decretum pro processu apostolico continuativo super virtutibus et miraculis in specie; de horum autem decretorum legitima validitate exiit decretum die 5 Ianuarii a. 1947.

Praemissis itaque de iure praemittendis, disceptatum est super virtutibus Servae Dei, et quidem primum in antepraeparatoria Congregatione, die 13 Maii a. 1952; postea, die 26 Maii a. 1953, in praeparatoria; et tandem in generali Congregatione coram Summo Pontifice Pio Papa XII die 22 Februarii a. 1955 celebrata; eodem quoque die Summus Pontifex sollemniter declaravit Famulae Dei virtutes heroicum attigisse fastigium. Deinde vero quaestio est agitata de miraculis quae, eadem Venerabili Serva Dei intercedente, a Deo patrata dicebantur. Diligenti igitur in suetis comitiis instituto examine, Paulus Papa VI die 19 Septembris anni huius de duobus miraculis constare pronuntiavit.

Hoc autem unum iure statutum supererai, ut cuncta videlicet Sacra Rituum Congregatio testaretur num omnia sacri huius Fori leges

et statuta rite in Causa hac fuerint servata. Hinc dubium propositum fuit : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Servae Dei beatificationem.*

Cui dubio omnes, cum Purpurati Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, tum Praelati Officiales Patresque Consultores favorabile suffragium scriptis litteris dederunt. Et Beatissimus Pater, accepta de huiusmodi suffragiis relatione, hodierno die, Sacrae Rituum Congregationis votum ratum habuit et confirmavit edicens : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Cleliae Barbieri beatificationem.*

Hoc autem Decretum promulgari, in acta eiusdem Sacrae Congregationis referri, Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de sollemniis beatificationis eiusdem Venerabilis in Patriarchali Basilica Petriana quandocumque celebrandis conscribi mandavit.

Datum Romae, die 9 Octobris a. 1968.

BENNO Card. GUT, *Praefectus*

L. **S.**

© Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis*

An. et vol. LX 30 Novembris 1968 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Famulae Mariae ab Apostolis Beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem ad modum in caelis unaquaeque stellarum a ceteris omnibus claritudine differt (cf. *1 Cor.* 15, 41), et hic in terris, species propria et forma florem in campis a flore distinguit, sic et in Ecclesia sancta Christi, terra nempe simul et caelo iustorum, admodum inter se sancti studiis, moribus, virtutibus, vitae ratione, auctore sane adorando Dei Spiritu, differunt; et id, quidem, ut non modo summa ipsorum sanctitas, pietas, religio « spectaculum » fiat Angelis et hominibus ad amplissimam Dei gloriam (cf. *1 Cor.*, 4, 9), sed etiam ut tanta exemplorum varietas et Christi fideles ad virtutem moveat, et in tanto de vita aeterna certamine fautores et adiutores exhibeat.

Sidus pulcherrimum et illustre, in quod hodie mentem et cogitationem figimus, quodque in Beatorum ordinem referimus, Maria ab Apostolis est. Cuius profecto quae fuerint propriae ac praecipuae virtutes inquirere placet, postquam scilicet ordine et brevitate eius vitae casus memoravimus.

Terra felix, quae protulit, Germania est, Rhenania regio, urbs Gladbach. Locus fuit castrum ab incolis, sua ipsorum lingua, Myllendonck cognominatum; dies denique, quo puellula vitam hanc ingressa

est, fuit undevicesimus febr., anno millesimo octingentesimo tricesimo tertio. Patri eius nomen erat Theodoro von Wüllenweber, Baronis, ut dicunt, dignitate fiorenti ; matri, Elisabeth Le Fort, e Lotharingia, in Gallia; qui ambo cum antiqua generis nobilitate parem domesticarum virtutum laudem coniungebant. Eos praeterea casta in Deum pietas et religio ita insigniebat, ut egregia esset apud omnes eorum virtutis opinio. Pater enim integerrimus, antiqua virtute et fide, officiorum suorum diligentissimus ; blanda et amabilis mater, eademque Überaus in pauperes. Haec autem omnia, virtutes scilicet et eximiae laudes parentum, plurimum momenti et auctoritatis habuisse ad filiae educationem, nemo est quin intellegat. Cui nimirum, postridie sacro Baptismate respersae quam nata est, nomina indita sunt : Maria, Theresia, Francisca, Iosepha, Elisabeth, Constantia, e quibus Theresia in usum receptum est, obsequio nempe et studio in clarissimam illam atque sanctissimam mulierem, Hispaniarum decus, quam semper Theresia nostra et imitari contendit, et suae causae patronam adhibuit.

Puerilis disciplina, ingenua, überaus, sine deliciis. Ceterum, pietate sancta in Deum imbuebatur, ad amorem veritatis instituebatur, ad benevolentiam erga omnes, maxime in servos, ad caritatem. Scilicet non aberant ab eius vita vitia, levissima quidem, in quae natura vivacior delaberetur ; at puella, egregia animi firmitate, et ilico dolebat, et ab iis summo opere declinabat, parentibus ducibus ac magistris, Spiritu Dei rectissima quaeque inspirante.

Tertium autem decimum annum cum ageret, primum, ut tunc mos ferebat, Christi Corpus suscepit; quod tam gratum fuit illi, quam ros aut pluvia campis. Ex eo enim sive pietas alita, sive continentia aucta, sive studium virtutis acrius factum. Bern fovebat gravissimorum librorum lectio, ex qua profecto magis ac magis intellexit quam pulchrum esset Deum prae ceteris diligere, quamque necessarium humilitatem tenere.

Quae autem semper sanctum habuit parentibus obedire, anno millesimo octingentesimo quadragesimo octavo, Leodium, quae est urbs in Belgio, petiit, ut ibi, in sacrarum virginum domo a S. Benedicto nuncupatarum, ad humanum civilemque cultum diligentissime formaretur ; hac enim parentes eius mente erant, ut cum sua nobilitate congruentem institutionem persequeretur, et ita maiorum honoribus responderet. Et res quidem feliciter incessit ; tamen ingenium eius et indoles, ad ea magis erant inclinata, quae summi Numinis gloriam respicerent, quam ad ea, quae essent florentis aetatis propria. Ministrata praeterea hoc tempore

unctio illo sacra, qua animi vires ad arcana certamina muniuntur, animum confirmavit.

Post autem duos annos cum domum suam rediisset, tum patri adiumento fuit ad bona administranda, tum matri astitit in negotiis domesticis conficiendis ; quibus in rebus tam diligens fuit ac nava, ut parentes eius et vehementer comprobarent, et magna admiratione tenerentur.

Interim autem ardor quidam sanctissimae religionis nostrae propagandae in eius mentem facile irrepere, et cotidie gliscere, et, fovente gratia, in fiammam vertere. Pietatis vero exercitia, quibus faciendis per id tempus operam dedit, tantos stimulos adhibuerunt ignesque admoverunt, Patribus e S. J. auctoribus, ut ad id perficiendum quod animo intènderai, urbem, quam Germani Blumenthal appellant, ilico peteret, ubi religiosa domus patebat, a Sophia Magdalena Barat condita, et a S. Corde Iesu vocata.

Neque tamen consilium Dei fuit ut eo vitae instituto, quamvis optimo, degeret. Quam ob rem, illius ipsius servae Dei consilio usa, Societate a S. Corde relicta, se iterum castro patrio reddidit, suetae vitae ac pietatis officia obitura. Speciem autem illam eximiam sanctitatis persequens, quae animo insidebat, christiani nominis nempe propagandi, sperabat fore aliquando ut aptam ad id societatem inveniret. Quare primo Sorores adiit a Visitatione, in urbe Mühlheim, anno scilicet millesimo octingentesimo sexagesimo tertio; deinde Sodales a SS. Sacramento (Sacramentinas vocant), in Belgio, per annos duos apud eas commorans.

Rebus vero et hic haud prosperius procedentibus, non enim hae sacrarum virginum societates ad missiones natae erant, domum rediit, illud Pauli quam crebro usurpans : ((Domine, quid me vis facere »? *{Act.,* 9, 6) ; cum interea, quia mater pie ad Deum iam pridem excesserat, Theresia sororum suarum natu maior, matris quoque munera obiret, diligentissime.

Ut autem nutibus Dei serviret, se Curioni suo, Ludovico von Essen, moderandam tradidit, eius dicto ad amussim parens in omnibus. Hic autem ut erat prudens, hortatus est eam Tertio Franciscali Ordini adhaereret, atque paupertatem vehementius coleret. Neque Theresia non obsecuta est libenter. Quin etiam, cum nulla esset Sodalitas sacris missionibus mulierum faciendis, cumque hanc eandem rem et ipse Curio intenderet, consilio, rationibus, argumentis adductis, incitavit ut talem ipsa conderet. At ea, etsi gaudio exsultavit, horruit tamen tum quia

negotio tanto impar erat, suo quidem iudicio, tum quia lex civilis obstabat, religioni ea tempestate alienissima.

Ut autem cum Deo, intus monenti, tum Parocho hortanti morem gereret, vetere castro in pago Neuwerk pecunia sua comparato, initium fecit operis sui. Qua re, nonnullis piis mulieribus secum congregatis, eo contendit ut, dum caritatem in pauperes exerceret, divini honoris studio eas mire incenderet. Nihilo tamen minus, et hic, quamquam bene de pueris erudiendis, de matribus eorum hortandis ad virtutemque movendis, de divino cultu Deo diligentius tribuendo, de iis qui utroque parente orbi essent, meruit, non omnino pulchre ei fuit. Etenim quas secum societate coniunxisset mulieres, eae, alia post aliam abeuntes, de castro decesserunt, eiusmodi vitae impatientes ; Parochus, in diversam inclinatus sententiam, frigescebat; res saepe adversae; eo usque ut spes omnes ad irritum cecidisse viderentur, ac iam nihil reliquum sibi, quam uni Deo confidere. Qui, ut semper est benevolus, tractum animum tristeque cor ita allevavit, ut sol flores herbasque teñeras erigit amicus, quas pruina momordit. Etenim anno millesimo octingentesimo octogesimo secundo, cum Pascha sanctum ageretur, provide factum est ut, casu, scripta pagina, vento rapta, cuius esset index : « Il Missionario », intra castri saepta caderet. Quam cum legisset, tanto gaudio exsiliit quanto numquam. Nuntiabat enim folium illud constitutam esse Romae societatem quandam apostolicam, quam ((instructivam », ut verbo eodem utamur, quo auctor, cognominari placuisset, cuius proprium esset Christi fidem et religionem proferre, domi, foris, ad proprias et exteras gentes. Quod quid erat aliud, quam quod Theresia tantis iam annis exoptavisset? Missa ergo statim epistola Ioanni Jordan, qui vir, Germanus patria, eam Romae sodalitatem condiderat, significavit se iam pridem de eadem causa diu frustra cogitasse. Se, igitur, suaque omnia ipsi praesto esse ut, si videretur, ad mulierum coetum condendum missionalium, quomodocumque uteretur.

Ille, condicione accepta, ac postea urbe Neuwerk petita, plane intellexit Theresiam ad negotium natam esse, quod ipse aggrederetur, ad idemque instructam et ornatam. Neque illa, occasione oblata, omisit religiosa vota nuncupare, sumpto nomine Maria Theresia ab Apostolis, quod paulo post cum Maria ab Apostolis commutavit.

Itane iam caelum apertum et sol splendidus? Minime. Per annos enim sex Theresiae Mariae praestolandum fuit, donec notae difficultates perrumperentur ; quae quantum virium, quantum nervorum, quan-

tum facultatis ac roboris postulaverint, id Deo uni notum. Tandem affuit promissa dies, cum licuit Romam proficisci, quinque sociis comitantibus; in quam sane immortalem urbem cum ingrederetur beata Dei famula, laetitia gestiens, exclamavit : « Hic pax mihi in aeternum » !

Atqui ea verba sunt ad irritum redacta. Cum enim cautum esset in legibus Vicariatus Urbis ne ullae possent novae Sodalitates religiosae Romae sedem suam collocare, nisi probatae fidei et per certas condiciones, idcirco vix attacta Roma abscesserunt, Tibur petentes, quae est urbs pervetusta neque a christiani imperii capite longe posita, sex per annos ibi commoraturae. Ab Episcopo autem loci omni genere humanitatis exceptae, huiusmodi vitae rationem susceperunt, ut in summa paupertate transigèrent, copiis familiaribus exiguis, supellectile viii, spatio haud aequo. Accedebat quod essent advenae, linguam nescirent, populi mores alii, ac patrii. Ceterum, Deum sancte et pie colebant; exemplo ad virtutem aliis praelucebant, iuventutem ad christianas leges instituebant, occasione data cum puerorum parentibus necessitudinem coniungentes, virtutum semina animis spargebant; verbo : quaecumque vera, pudica, iusta, sancta, amabilia, bonae famae essent, et cogitabant, ad beatissimi Pauli sententiam (cf. *Philip.,* 4, 8), et omni ope quaerebant, Maria Theresia nempe praeeunte, quae et mater sacrarum virginum harum fuit, et prudens magistra.

Ubi vero tempus accessit, Romam petere licuit, in qua nempe beatissima Dei famula quattuordecim annis vixit, in filiis suis informandis tota, in re videlicet immensi operis multique certaminis. Ut enim Deus solet adesse piis gratia et benevolentia sua, sic Satan iis solet esse infestus. Magnis ergo incredibilibusque infractis difficultatibus, quibus fuerat affecta et afflicta, ipsa operi incepto instare, nova domicilia constituere, invisere saepe, missiones instruere, et laetissimam bene factorum messem facere, si quidem viginti quinque missionales domos et exstruxit, et florentes reliquit.

At mors, quae omnes una manet, iam iam aderat, diuturno morbo praenuntio, eoque cotidie ingravescente; agebatur autem de ea aegrotatione, qua gravis tardusque spiritus expeditur (Itali dicunt « asma »), quaeque eo adduxit, ut die vicesimo quinto mensis decembris, anno millesimo nongentesimo septimo, die ipso nativitatis Domini « dum medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet » *(Miss. Rom.* Domin. infra Octav. Nativ.), placide ac sedate, ut sanctorum est ritus, ex his tenebris ad sempiternam lucem excessit.

Quod si nunc paucis exquiramus, quae virtus in tanto numero fuerit praecipua, ceterarum videlicet quasi radix et origo, sic statuimus eam fuisse caritatem erga Deum, amplificandae divinae gloriae causa animum exedentem. Quae profecto efficiebat ut non solum ipsa summo Numini studiosissime inserviret, verum etiam ut multam curam operamque ad hoc tribueret, ut reliqui etiam homines, quantum posset maxime, Deum penitus cognoscerent, diligerent, colerent. Huius enim unius rei gratia, sancta mulier quam mature institutum omnibus nervis exploravit suis consiliis idoneum; et plures ingressa domos religiosas, totidem dereliquit, utpote quae cum proposito, quod tenere optabat, non congruentes. Haec autem crebra domiciliorum permutatio praeterquam quod eam angebat et sollicitabat, in contumeliam quodam modo vertebat : videbatur enim multis, et ipsi patri suo, qui in oculis filiam habebat, ea talis esse, ut numquam rebus suis acquiesceret, quidve vellet ipsa nesciret. Quae sciebat quidem perspectumque habebat, sed nullibi inveniebat, quia nullibi erat. Cum vero primum de Ioanne Jordan cognovit de eiusque opere, subito, quasi renovata iuventa, et vires redintegravit et ad novas spes exarsit. Tandem, ut propositum opus plane perficeret, se ab aetatis initio studiose comparavit : castissime scilicet vivendo, cupiditates coercendo, quibus iuventus trahi solet, in omnium rerum abundantia nimium parce usa, Deum summe amando, pietate, sanctitate, religione pectus imbuendo. Dicto Evangelii parens (cf. *Mt.* 19, 27 sqq.), et patrem reliquit, et sorores, et domum, et omnia, ut Christi sponsa ac serva fieret, atque tanto paupertatis amore, ut cum dives nata esset, pro Christo inopia vexaretur; et, quod maius est, iis aequo animo libenterque paruit, quos nomine Dei agere intellegeret, idque semper, in omnibus, etsi duris, tristibus, adversis rebus. Ita factum est ut semen, ad ipsius Evangelii voces (cf. *Io.* 12, 24-25), marcesceret quidem, ab ea morte tamen vita oriretur, id est eius ipsius sanctitas et gloria, ac uberrima atque odorata messis in Ecclesia. Pro qua re immortali Deo laudes ac grates iucundissimae habeantur, ut, qui in creatura sua hac tam fuerit admirabilis (cf. *Ps.* 67, 36), et alias, eius gratia, excitet cum Ecclesiae sanctae commodo, maxime inter eius filias.

Inditae vero huius mulieris famam sanctitatis, in dies percrebrescentem, Deus caelestibus signis visus est comprobare. Quapropter, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis coepta est agitari, atque post ordinarios, quos dicunt, processus Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae,

a Pio .XII, Decessore Nostro, f. r., die primo Martii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, obsignato.

Apostolicis deinde inquisitionibus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus venerabilis Mariae ab Apostolis, seu Mariae Theresiae von Wüllenweber, Instituti Sororum a Divino Salvatore fundatricis, fuit disceptatum; quas, omnibus expensis atque perspectis, a famula Dei heroum in modum cultas esse, Ipsi, die decimo quinto mensis iulii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, decreto ediximus.

Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem nomine invocato a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis consiliis exquisita, Nos, die quarto mensis Iulii, hoc anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo de duobus pronuntiavimus constare.

Unum igitur superfuit discutiendum, an famula Dei inter Beatos tuto esset recensenda. Quod quidem omnes purpurati Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, atque Praelati Officiales Patresque Consultores suffragio, scriptis litteris dato, fieri posse affirmaverunt. Nos tamen pro rei momento mentem Nostram distulimus aperire, quo maiorem caelestis auxilii copiam ad eam ferendam sententiam, enixas preces Deo adhibentes, impetraremus. Itaque, die tandem undevicesimo mensis Septembris proximi, postquam sacris sumus operati, ad venerabilis famulae Dei Mariae ab Apostolis sollemnem beatificationem *tuto* procedi posse ediximus.

Quae cum ita sint, Nos, vota Instituti Sororum a Divino Salvatore implentes, harum Litterarum vi et auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus ut venerabilis famula Dei Maria ab Apostolis *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut Beatae eiusdem imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut stato die quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Aquisgranensi, cuius intra fines Beata ipsa orta est (olim autem erant fines archidioecesis Coloniensis), atque Romana, ubi diem obiit supremum, itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum a divino Salvatore utitur, ab omnibus Christi fidelibus, qui

horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a Sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis venerabilis Mariae ab Apostolis, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, infra annum postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die tertio decimo mensis Octobris, anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

S* Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Del Ton. *Proton. Apost.*

***In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n.* 78.**

II

Venerabilis Dei Famula Clodia Barbieri, Virgo, Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente fundatrix, Beata renuntiatur.

PAULUS PP. VI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Bononia felix, quae, rerum gestarum memoria, doctrinis artisque operibus melita, eo etiam valde inclaruit, quod generosae subolis, Caelitum honoribus decoratae, fuit parens et altrix. Est autem ea gloria summa habenda, quae e sanctimonia, universae Ecclesiae in exemplum proposita, oritur. Gaudemus igitur, quod Dei munere Nobis hodie datur his Bononiensis archidioecesis luminibus novum veluti sidus annumerare, Cloeliam Barbieri, virginem, cuius quidem terrestris inco-

latus brevi viginti trium annorum spatio computatur, *sed erat senectus mentis immensa* (cfr. Off. S. Agnetis); palmam victoriae tulit, quae in palaestram vix erat ingressa : *mirentur viri, non desperent parvuli, stupeant nuptae, imitentur innuptae* (ibid.; S. Ambros. *De vir g.* I, 2; *PL* 16, 200). Haec humilis Ecclesiae alumna die tertia decima mensis februarii anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo nata est in oppidi Sancti Ioannis in Persiceto pago, quem Je *Budrie* vulgo appellant, filia Santis Barbieri, qui manibus operando, praesertim in cannabi conficienda desudando, vitae rationibus consulebat, et Hyacinthae Nannetti, quae, minus tenui loco orta, probo illi sed pauperi nupserat viro. Re quidem vera amborum verae divitiae fides sincera et virtutum domesticar um iucunda exercitatio fuerunt. Eodem die salutaribus aquis Deo renatae imposita sunt nomina Cloeliae Rachelis. Iii hac igitur domestici convictus sede, cui altera filia, Ernesta, est aggregata, pietatis didicit rudimenta. Sed cum esset adhuc tenella aetate, pater eius, unum familiae praesidium, cholera morbo est absumptus. Mater vidua, iacens in luctu et angustiis pressa, vix habuit, quo vitam suam et liberorum sustentaret, ita ut Cloelia, cibo et curatione necessaria destituta, morbum sit nacta, ex quo non amplius convaluit. Dum vero ea matri domi opus facienti se sociam praebet industriam, docilem, oboedientem, ardentius ad res divinas animum applicabat : nihil siquidem antiquius habebat quam ecclesiam adire, preces ad Deum fundere, catecheseos praecepta condiscere, Sacramenta participare. Postquam vero animo incenso primum accepit Eucharisticum panem, magno nisu ad sanctitatis fastigium tendere coepit. Qua in re usa magistris natalis pagi parochis Iosepho Setanassi et Caetano Guidi, impelli se sensit ut alios, praesertim parvulos, ad cognoscendum verum bonumque sectandum adduceret. Litterarum paene rudis, arte callebat eos instituendi. Cum esset eximia corporis specie, quae imago erat praecellentis pulchritudinis animi, a nonnullis in matrimonium est petita : renuit, quae *ipsi erat desponsata, cui angeli serviunt; ipsi soli servabat fidem, ipsi se tota devotione commisit* (cfr. Off. S. Agnetis). Prodens ergo tam praeclara exempla virtutum, latere non potuit, sed cunctorum oppidanorum studia in se convertit; in quibus quaedam puellae aequales eam habebant ducem vitae sanctioris. Ita etiam factum est, ut paroecia illa novo vigore corroboraretur. Famula Dei, praesciens non diuturnum vitae spatium sibi esse tributum neque sociarum spem fallere ausa, opus apostolicum feliciter inchoatum studuit perpetuare. Ad quas in hanc sententiam est locuta: «Tam pauperes

sumus, ut in coenobium recipi nequeamus ... Agite ergo, nos ipsi coenobium paremus, cui aliae se adiungere possint! ». Caetano Guidi, consiliatore optimo, confirmante et gravissima morbis temptatione evicta Calendis maiis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo octavo in eiusdem pagi modica domo, quae « domus ludi magistri » vocabatur, una cum tribus sodalibus vitae communis initium fecit. Haec cunabula Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente; estque hoc magnum et mirabile illud conditum esse a virgine de plebe, quae vix suae tutelae erat et adversa laborabat valetudine. Tumultu suborto sed praedicti parochi sollertia sedato, parva familia, in summa inopia, utpote caritatis solaciis affluens, beneficorum hominum liberalitate, e quibus Vincentius Pedrazzi potissimum est dignus memoratu, paulatim laetis est aucta incrementis. Vitae Deo penitus deditae sodales emolumenta navitatis apostolicae fecundo nexu iunxerunt: erat enim iis sollemne pueros doctrinam christianam docere, ad suscipienda Sacramenta componere, iis scribendi artem tradere, aliis Ecclesiae necessitatibus animo alacri et prompto subvenire. Cloelia, in acie cotidiani muneris constituta, Bononiam concedere statuit, ut, abstracta a negotiis, spiritualibus exercitationibus vacaret; ubi, multum adiuta consiliis religiosorum virorum e Societate Iesu, Eegulas novi Instituti conscripsit, quod Beatae Mariae Virgini Perdolenti et Sancto Francisco a Paula ut caelestibus Patronis commisit. Sed iam in eo erat, ut adulescens legifera mater, supernis locuples donis, terreni cursus metam attingeret. Quae interdum visa est in extasin rapi et arcana futura praenoscere, humillimo semper fuit animo et se nihil esse putavit. Inviolato pudore illecebras saeculi transiens, voluntaras castigationibus in se adnimadvertit ac dolores tolerando adiumenta non levia operi sodalium attulit. Totam se voluntati Dei permisit, cuius amore saucia erat. Hoc et pthisi consumpta, a Caetano Guidi, pietatis magistro, caelesti epulo postremum est refecta. Filias est adhortata, ut caritatem, concordiam, constantiam in labore suscepto servarent omniaque Dei animarumque causa agerent; denique dilectam sibi imaginem Beatae Mariae Virginis a gratiis, e paroeciali ecclesia apportatala, piissime excoluit. Postquam Ursulae Donati, sollerti sociae, familiam religiosam tradidit regendam, caelo matura die tertia decima mensis iulii anno millesimo octingentesimo septuagesimo, e paupere domo illa quasi angelus ad angelos evolavit. « Sanctam » obiisse omnes conclamaverunt. Qua die funeris exsequiae sunt celebratae, persequens populus veluti triumphi splendore visus est excitari. Exanimum

corpus in publico conditum sepulcreto, quinquagesimo anno revoluto, a religiosa hac familia constituta, in sacellum principis domus est translatum. Increbrescente igitur Famulae Dei fama sanctimoniae, quam Deus miraculis etiam visus est comprobare, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis est acta; atque post ordinarios, ut appellant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, die quinta decima mensis martii anno millesimo nongentesimo undequadragesimo a Pio Pp. XII, Decessore Nostro fel. rec, est obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus venerabilis Cloeliae Barbieri est desceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famula Dei heroum in modum cultas esse idem Decessor Noster, lato Decreto die vicesimo secundo mensis februarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, edixit. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae eiusdem Famulae Dei nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die undevicesimo mensis septembris, hoc anno de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Famula Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensenda. Quod quidem factum est; Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die nono huius ipsius mensis et anni, ad venerabilis Servae Dei Cloeliae Barbieri sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus.

Quae cum ita sint, Nos, vota archidioecesis Bononiensis et Instituti Sororum Minimarum a Virgine Perdolente explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Famula Dei Cloelia Barbieri, virgo, *Beatae* nomine in posterum appelletur, eiusque corpus ac reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illa quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Bononiensi, cuius intra fines Beata ipsa orta est diemque obiit supremum, itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum Minimarum

a Virgine Perdolente utitur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missam attinet, a sacerdotibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Cloeliae Barbieri, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem **in** Sacrosancta Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis **significatione** hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXVII** mensis octobris, in Festo Domini Nostri Iesu Christi Regis, anno **MCMLXVIII**, Pontificatus Nostri vi.

ALOISIUS Card. **TRAGLIA**
8. R. E. Cancellarius

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 88.

COMMISSIO CARDINALITIA DE «NOVO CATECHISMO» («DE NIEUWE KATECHISMUS»)

DECLARATIO

I. PARS HISTORICA

Cum in Neerlandia liber cui titulus *Novus Catechismus* (« De Meuwe Katechismus », 1966) editus est, qui ex una parte dotibus haud communibus praestat, ex altera vero parte novis opinionibus suis, ab exordio non paucos christifideles turbavit, Sedes Apostolica, pro suo munere tuendi fidem populi Dei, non potuit in hanc rem animum non adicere. Voluit autem Summus Pontifex ut circa difficultates quas textus Catechismi offerebat, initio institueretur colloquium inter tres theologos a S. Sede tresque theologos ab Episcopatu Neerlandico nominatos.

In hoc colloquio, a die 8 ad diem 10 aprilis 1967 habito, theologi a S. Sede delecti, iuxta ordinem agendorum auctoritate S. Congregationis Concilii ratum et ad mentem Summi Pontificis, fidenter petierunt ut quaedam in Catechismum inducerentur, quae, magis meditatis verbis, Ecclesiae fidei, rerum veritati et fidelium sensui indubitanter responderent. Attamen colloquio vix aliquid actum est. Neque inductae sunt mutationes circa ea puncta quae ipse Sanctus Pater speciminis causa notaverat : ((exempli gratia, quod attinet ad virginalem Iesu Christi ortum, catholicae fidei dogma; ad sententiam, Evangelio et Ecclesiae Traditione innixam, qua angelos esse credimus; atque ad satisfactionis et sacrificii genus, quae Christus Summo Parenti obtulit ad peccata nostra delenda hominesque Patri reconciliandos ».

Cognito huius colloquii exitu, in primis ex relatione facta per consociatam operam tum theologorum quos S. Sedes elegerat, tum theologorum Episcopatus Neerlandici, Summus Pontifex mandavit Commissioni Patrum Cardinalium (Frings, Lefebvre, Jaeger, Florit, Browne et Journet) ut rem examini subiiceret ac de ea sententiam ferret.

Atque Commissio illa diebus 27 et 28 mensis iunii 1967 prima vice congregata, adstantibus theologis lingua neerlandica peritis, statuit Novum Catechismum sedulo recognoscendum esse, antequam novae editiones translationesque fierent. Praeterea alterum elegit coetum theologorum ad septem nationes pertinentium, qui eiusdem Catechismi textum inspiceret suamque mentem significaret.

Praeter ipsum Catechismum, coetui illi data est praefata relatio de primo theologorum colloquio. Ad quam relationem mense septembri accessit series emendationum ab auctoribus Catechismi interea oblata. Post accuratum laborem, coetus theologorum animadversiones suas confecit tum circa textum Catechismi, tum circa oblatam seriem emendationum, quarum pleraeque visae sunt nondum sufficere. Singulae autem et integrae coetus animadversiones, unanimi astantium consensu approbatae sunt.

Deinde acceptis, inter alia documenta, animadversionibus coetus theologorum, Patres Cardinales iterum convenerunt a die 12 ad 14 decembris 1967. Post colloquium habitum de singulis illis animadversionibus, definite statuerunt, per suffragia de eisdem data, quae et qua ratione emendanda essent in textu Catechismi ; provideruntque ut parva Commissio, Eminentissimo Cardinali Alfrink adiuvante comparata, duorum delegatorum suorum duorumque Episcopatus Neerlandici rem denique executioni mandarent. Opus huius Commissionis mense februarii anni 1968 confectum, Sanctae Sedi, Patribus Cardinalibus et Episcopatui Neerlandico oblatum est.

Sed iam antea, praeter voluntatem Episcopatus Neerlandici et absque debita emendatione, edita est Novi Catechismi anglica translatio; ac simili ratione recens edita est translatio germanica deindeque translatio gallica. Praeterea documenta reservata atque natura sua secreta, ad hoc negotium pertinentia, nuper in publicum relata sunt, inter quae epistola quaedam ipsius Summi Pontificis ; quod tum in ephemeride neerlandica factum est, tum in libro qui in Italia editus est.

In libro autem modo commemorato, editis documentis additae sunt amplae notae et enarrationes, quibus non modo tribuuntur theologis a Sancta Sede demandatis sententiae ab eis alienae, sed etiam puncta Catechismi quae correctione indigent, variis artibus continuo extenuantur specieque innocua, sed a veritate disiuncta, induuntur. Haud raro citantur enuntiata bona, quae tamen non sufficiunt ad corrigendas explicationes oppositas, eo vel magis quod eae pluries consonant cum sententiis ab auctoribus Catechismi expositis in aliis scriptis. Ad futuras editiones Catechismi praeparandas, proponuntur solutiones adversae eis quae Commissio Cardinalium, approbante Sancta Sede, statuit, et suggeritur ut eae tantum Catechismi emendationes aliquo modo con-

cedantur, quarum Summus Pontifex expressam mentionem fecit, etsi, ut ex verbis Papae supra allatis constat, ipse exempla tantum indicare voluerat enucleationum quas expectabat.

In eodem libro abusive adhibentur opiniones nonnullorum exegetarum hodiernorum circa rationem qua S. Matthaeus et S. Lucas facta principalia ad ortum et infantiam Domini Nostri pertinentia, praesentare et explicare voluerunt. Dum enim singuli theologi et auctores ad quos liber alludit, tenent conceptionem virginalem Iesu numerandam esse inter eventus principales quos Evangelia infantiae Domini omnino ut reales proponunt, liber ipse concludere audet, non sine laesione fidei catholicae, permittendum esse christifidelibus ut iam non credant mysterium conceptionis virginalis Iesu in eius realitate simul spirituali et corporali, sed tantum in eius significatione quadam symbolica.

Iis editis scriptis, variis modis contenditur adversus consilium Sedis Apostolicae resolvendi rem non levis momenti in bonum plebis Dei et communi animo cum Episcopatu Neerlandico. Hac de causa et quia Catechismus non emendatus iam in quattuor linguis divulgatur, necessarium esse visum est, antequam Catechismi emendatae editiones translationesque tandem ederentur, in praesenti Declaratione iam compendium proponere iudiciorum Commissionis Cardinalium. Sic fiet ut christifidelibus pateat qua ratione cum Ecclesia Christi Sedeque Petri sentientes, de bono nuntio salutis sine discrimine cogitare et testificari queant.

II. PARS DOCTRINALIS

1. *Res quaedam de Deo creatore.* - Catechismus doceat necesse est Deum, praeter mundum sensibilem in quo vitam nostram degemus, creavisse quoque regnum purorum spirituum, quos angelos nominamus (cf. v. g. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius,* cap. 1; Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 49, 50). Praeterea explicetur animas singulorum hominum, quippe quae spirituales sint (cf. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes,* n. 14) immediate creari a Deo (cf. v. g. Encycl. *Humani generis, A. A. S.,* XLII [1950], p. 575).

2. *De hominibus in Adamo lapsis* (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 2). - Etsi quaestiones de origine humani generis et de lento eius progressu efficiant ut dogma peccati originalis novas hodie difficultates afferat, nihilominus in Novo Catechismo fideliter proponenda est Ecclesiae doctrina de homine, qui ab exordio historiae adversus Deum se erexit (cf. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes,*

nn. 13 et 22), ita ut sibi universaeque progeniei sanctitatem et iustitiam perderei in qua fuerat constitutus, verumque peccati statum omnibus transmitteret per humanae naturae propagationem. Ii certe sermones vitentur, qui significare possunt peccatum originale a singulis novis humanae familiae membris inde tantum contrahi quod ab eorum ortu influxui communitatis hominum, ubi peccatum regnat, intus submittuntur et ita in via peccati initialiter versantur.

3. *De profitenda Iesu conceptione ex Maria Virgine.* - Petitum est a Commissione Cardinalium ut Catechismus aperte profiteretur Beatam Verbi Incarnati Matrem virginali semper floruisse honore et ut clare doceret factum ipsum virginalis conceptionis Iesu, quod cum mysterio Incarnationis maxime congruit; proindeque ut nullam ansam deinceps daret ad hoc factum — contra Ecclesiae Traditionem in Sacris Litteris fundatam — derelinquendum, servata tantum aliqua eius significatione symbolica, verbi gratia de summa gratuitate doni quod Deus nobis in Filio suo largitus est.

4. *De satisfactione Domini nostri Iesu Christi.* - Sine ambiguitate proponenda sunt elementa doctrinae de satisfactione Christi, quae ad nostram fidem pertinent. Deus ita homines peccatores dilexit, ut Filium suum mitteret in mundum ad eos sibi reconciliandos (cf. *2 Cor.* 5, 19). « Iam nos diligenti [Deo] — ut dicit S. Augustinus — reconciliati sumus ... cum quo propter peccata inimicitias habebamus)) *(In Ioannis Evangelium,* tr. CX, n. 6). Iesus igitur, tamquam primogenitus in multis fratribus (cf. *Rom.* 8, 29), pro peccatis nostris mortuus est (cf. *1 Cor.* 15, 3). Sanctus, innocens, immaculatus (cf. *Hebr.* 7, 26), nullam profecto poenam subiit quam Deus ipsi inflixisset, sed libere et cum filiali amore Patri suo oboediens (cf. *Phil.* 2, 8), pro fratribus suis peccatoribus et ut eorum mediator (cf. *1 Tim.* 2, 5), mortem suscepit, quae eis stipendium peccati est (cf. *Rom.* 6, 23; Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes, IL.* 18). Hac sua sanctissima morte, quae ante oculos Dei abundantissime compensavit peccata mundi, effecit ut gratia divina, humano generi redderetur, velut bonum quod in divino Capite suo meruerat (cf. v. gr. *Hebr.* 10, 5-10; Conc. Trid., sess. VI, Decr. *De iustificatione,* cap. 3 et 7, can. 10).

5. *De sacrificio crucis et sacrificio missae.* - Perspicue dicendum est Iesum se Patri suo obtulisse ad resarcienda nostra delicta, tamquam victimam sanctam in qua Deus sibi complacuit. Christus enim « dilexit nos et tradidit semet ipsum pro nobis, oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis)) *(Eph.* 5, 2).

Sacrificium autem crucis in Ecclesia Dei perpetuatur sacrificio

eucharistico (cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 47). In celebratione enim eucharistica Iesus ut sacerdos principalis se Deo offert per consecratoriam oblationem quam conficiunt sacerdotes et cui fideles se coniungunt. Celebratio autem illa est sacrificium atque convivium. Oblatio sacrificalis completur communione, qua victima Deo oblata velut cibus sumitur, ut christifideles sibi uniat eosque inter se caritate coniungat (cf. *1 Cor.* 10, 17).

6. *De praesentia et conversione eucharistica.* - Necesse est ut in textu Catechismi indubie significetur post panis et vini consecrationem ipsum corpus et sanguinem Christi adesse in altari, atque in sacra communione sacramentaliter sumi, ut qui digne ad divinam hanc mensam accedant, spiritualiter Christo Domino reficiantur. Praeterea explicandum est panem et vinum, quoad suam realitatem profundam (non phaenomenalem), prolatis verbis consecrationis, converti in corpus et sanguinem Christi ; atque sic fieri ut, ubi manent panis et vini apparentiae, seu realitas phaenomenalis, modo mysterii pleno ipsa Christi humanitas lateat coniuncta cum divina eius persona.

Peracta illa mirabili conversione, quae in Ecclesia nomen suscepit transsubstantiationis, apparentiae panis et vini, cum ipsum Christum, fontem gratiae caritatisque per sacram synaxim communicandae, re ipsa contineant et designent, consequuntur utique novam significationem novumque finem. Sed ideo novam illam significationem finemque induunt, quia facta est transsubstantiatio (cf. Encycl. Pauli VI, *Mysterium fidei, A. A. S.,* LVII [1965] p. 766; Schreiben der deutschen Bischöfe an alle, die von der Kirche mit der Glaubensverkündigung beauftragt sind, n. 43-47).

7. *De infallibilitate Ecclesiae et de mysteriorum revelatorum cognitione.* - Dilucide significetur in Catechismo infallibilitatem Ecclesiae non praebere ei tantum cursum non devium perpetuae inquisitionis, sed veritatem in doctrina fidei servanda in eaque eodem semper sensu explicanda (cf. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius,* cap. 4, et Conc. Vat, II, Const. *Dei Verbum,* cap. 2). «Fides non solum est inquisitio, sed imprimis certitudo » (Paulus VI, Alloc, ad Ep. Syn., *A. A. S.,* LIX [1967], p. 966). Nec sinatur ut lectores Catechismi putent intellectum humanum haerere in solis expressionibus verbalibus aut conceptualibus mysterii re velati. Curetur potius ut animadvertant intellectum humanum valere suis conceptibus « per speculum in aenigmate » atque « ex parte », ut dicit S. Paulus *(1 Cor.* 13, 12), modo tamen prorsus vero, mysteria revelata significare et attingere.

8. *De sacerdotio ministeriali seu hierarchico et de potestate docendi regendique in Ecclesia.* - Cavendum est ne minui videatur excellentia sacerdotii ministerialis, quod a sacerdotio communi fidelium in participando de sacerdotio Christi non gradu tantum sed essentia differt (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 10; Instructio de cultu mysterii eucharistici, *A. A. ß.* LIX [1967] n. 11, p. 548). Curetur ut in ministerio sacerdotum describendo mediatio inter Deum et homines, quam exercent, non modo in verbi Dei praedicatione, in communitate christiana efformanda et in sacramentorum administratione, sed etiam et praecipue in offerendo totius Ecclesiae nomine sacrificio eucharistico, plenius exhibeatur (cfr. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 28, et Decr. *Presbyterorum ordinis,* nn. 2 et 13).

Praeterea, visum est oportere ut Novus Catechismus perspicue agnoscat potestatem docendi et regendi in Ecclesia directe datam esse Summo Pontifici eique communione hierarchica coniunctis Episcopis, non autem prius Populo Dei veluti medio. Munus igitur Episcoporum non est mandatum a Populo Dei eis communicatum, sed mandatum a Deo acceptum in beneficium totius communitatis fidelium.

Manifestius appareat Summum Pontificem et Episcopos in munere suo docendi non tantum colligere et sancire ea quae tota communitas fidelium credit. Populus enim Dei ita Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, ut sub ductu Magisterii, cuius est depositum fidei authentice custodire, explicare et defendere, verbo Dei indefectibiliter adhaereat. Sic fit ut in tradita fide mente comprehendenda, ore profitenda opereque manifestanda singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 11, et *Dei Verbum,* n. 10). Sacra autem Traditio Sacraque Scriptura — quae unum verbi Dei sacrum depositum constituunt — atque Ecclesiae Magisterium, ita inter se connectuntur, ut unum sine alio non consistat (cf. Conc. Vat. II, Const. *Dei Verbum,* n. 10).

Denique potestas qua Summus Pontifex Ecclesiam dirigit, clare proponenda est ut regendi plena, suprema et universalis potestas quam totius Ecclesiae Pastor semper libere exercere valet (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* n. 22).

9. *Variae res de theologia dogmatica.* - Aptius loquendum est de Sanctissima Trinitate personarum in Deo, quam christiani oculis fidei rite contemplantur filialique amore prosequuntur non unice prout in eventibus oeconomiae salutis exhibetur, sed etiam qualis in sua vita intima, cuius visionem expectamus, ex aeternitate est. De sacramentorum efficacia aliquando exactius loquendum est. Cavendum est ne Catechismus dicere videatur miracula ita tantum divinitus fieri posse, ut non

discedant a cursu effectuum quos vires mundi creati producere valent. Sermo demum aperte fiat de iustorum animis quae, sufficienter purgatae, iam gaudent visione immediata Dei, dum Ecclesia peregrinans adhuc expectat adventum gloriosum Domini finalemque resurrectionem (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium,* nn. 49 et 51).

10. *De quibusdam rebus moralibus.* - Obscuritatem ne afferat textus Catechismi exsistentiae legum moralium quas ita cognoscere et exprimere valemus, ut conscientiam nostram semper et in omnibus adiunctis ligent. Vitentur solutiones casuum conscientiae quae non satis rationem habent indissolubilitatis matrimonii. Iure tribuitur magnum momentum profundae habitudini morali personae, sed cavendum est ne ea habitudo nimis ab actibus independens proponatur. Expositio de morali coniugali fidelius reddat integram Concilii Vaticanii II Sedisque Apostolicae doctrinam.

* * #

Praefatae animadversiones, etsi nec paucae nec leves, intactam relinquunt maiorem prorsus Novi Catechismi partem, cum laudanda eius indole pastorali, liturgica et biblica. Neque adversantur auctorum Catechismi laudabili proposito aeternum Christi bonum nuntium proponendi modo accommodato rationi cogitandi hominum huius temporis. Ipsae magnae dotes quibus opus insignitur postulant ut doctrinam Ecclesiae semper reddat nulla umbra obscuratam.

IOSEPH Card. **FRINGS**

IOSEPH Card. **LEFEBVRE**

LAURENTIUS Card. **JAEGER**

HERMENEGILDUS Card. **FLORET**

MICHAEL Card. **BROWNE**

CAROLUS Card. **JOURNET**

Die 15 octobris 1968.

Petrus Palazzini, *a secretis*

ACTA SECRETARIATUUM

SECRETARIATUS PRO NON CREDENTIBUS

Documentum quod Secretariatus pro non credentibus nunc publici iuris facit, eo tendit ut, iuxta ipsius Secretariatus indolem,* dialogus inter credentes et non credentes et promoveatur et ad bonum exitum ducatur iuxta naturam propriam dialogi. Proinde considerationes fiunt ad dialogi naturam recte explicandam, quatenus dialogus distinguitur ab aliis formis commercii inter credentes et non credentes, simulque condiciones essentiales dialogi declarantur ac praecipuae normae inde manantes proponuntur.

Quamvis dialogus, prout in hoc documento intelligitur, non necessario prosequatur finem apostolicum, tamen pro christianis testimonium includit propriae fidei, ac perinde ad munus Ecclesiae Evangelium pandendi suo modo pertinet. Insuper aliquomodo fieri potest, ut ex dialogo cum non credentibus, fideles adducantur non solum ad pleniorem agnitionem valorum humanorum sed etiam ad meliorem intellegentiam rerum ad religionem spectantium.

Documentum hoc dirigitur primario ad christianos, et sub hoc respectu plura depromit ex documentis ecclesiasticis quae rem nostram tangunt ; sed ita quae dialogum spectant exponit, ut a non credentibus et intelligi et recipi queant.

DE DIALOGO CUM NON CREDENTIBUS

INTRODUCTIO

1. Humanae personae dignitatem ac valorem hodierni homines, spectata generali humani cultus et societatis progressione, non obstantibus anxietatibus de hodierna mundi evolutione, penitius in dies agnoscunt.

*** «Secretariatus pro non credentibus Praesidem habet S. R. E. Cardinalem, iuvantibus Praelato Secretario et Subsecretario, et constat ex quibusdam Cardinalibus et Episcopis a Summo Pontifice nominatis, quibus accedunt Consultores ex toto Orbe electi.**

Secretariatus, probante Summo Pontifice, in atheismi studium incumbit, ut eius diversas rationes intimius exploret et, quoad fieri possit, colloquium instituat cum ipsis non credentibus, qui collaborationem sincere acceptent » (Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae,* 101, 102).

Crebriora enim inter homines commercia multum profuerunt, ut homines « pluralismi », ut dicitur, acciperent notitiam eamque veluti nostrae aetatis propriam rationem capesserent. Verus autem « pluralismus » haberi nequit nisi homines et communitates, ingenio et cultura diversi, ineant dialogum.[1]

Ut in litteris Encyclicis *Ecclesiam sitam* legere est : « (colloquium) profecto exigunt : primum mos, qui tam late manavit, hoc modo intelligendi rationes inter sacra et profana ; deinde incitatus agendi cursus, qui tantopere humanae societatis faciem, quae aetate nostra est, commutavit; tum plures eiusdem societatis significationes, postremo maturitas, ad quam venit huius nostri temporis homo; qui, sive religionem ipse Colat, sive neglegat, civili tamen cultu idoneus factus est ad cogitandum, ad loquendum, ad colloquium cum dignitate serendum ».[2]

Itaque dialogus, in quantum innititur in mutua colloquentium relatione, implicat ut unusquisque dignitatem necnon valorem proprium alterius colloquentis, quatenus persona est, agnoscat.

Christifideles autem in hominis supernaturali vocatione uberiorem rationem ad hunc valorem et dignitatem agnoscendam inveniunt ; ceterum ob Incarnationis Mysterium, Ecclesiam non latet quantum intersit, immo quantum etiam sui muneris sit, ut ordo rerum temporalium humanior reddatur.[3]

Omnes Christifideles proinde ea qua pollent navitate dialogum inter homines cuiusvis gradus promovere satagant oportet, utpote fraterni amoris ad nostram progredientem et adultam aetatem conformatum officium.

« Ecclesia enim — ut Concilium Vaticanum II declarat — vi suae missionis universum orbem nuntio evangelico illuminandi et omnes homines cuiusvis nationis, stirpis vel culturae in unum spiritum coadunandi, signum evadit illius fraternitatis quae sincerum dialogum permittit atque roborat ».[4]

Profecto ratio et propositum dialogi non excludit alias communicandi formas, cuius generis sunt inter alias apologetica, comparatio, disceptatio, nec prohibet, quominus iura personae humanae vindicentur. In universum tamen animus apertus et benevolus, qui est velut fundamentum dialogi, pro quolibet sociali convictu requiritur.

[1] Const. past. *Gaudium et spes,* n. 43, 3; n. 76, 1; n. 92, 2; Decl. *Gravissimum educationis,* n. 6, 2; cfr. etiam Litt. Encycl. *Populorum progressio,* n. 39.

[2] *A. A. S.* LVI (1964) p. 644; cf. etiam Const. past. *Gaudium et spes,* n. 6.

[3] Cf. Decr. *Apostolicam actuositatem,* n. 7.

[4] Const. past. *Gaudium et spes,* n. 92.

Quae quidem animi propensio exigit, ut quis ((urbane agat, et magni aestimet alios, et benevolentiam bonitatemque erga alios declaret)).[5] Quae omnia haberi nequeunt nisi « alter homo » ut « alter » libenter agnoscatur atque accipiatur.

Denique voluntas interserendi dialogi, modus et vis quaedam est illius generalis renovationis in Ecclesia efficiendae, quae etiam ampliorem libertatis aestimationem importat. « Veritas — prout docet Concilium Vaticanum II — inquirenda est modo dignitati humanae personae eiusque naturae sociali proprio, libera scilicet inquisitione, ope magisterii seu institutionis, communicationis atque dialogi, quibus alii aliis exponunt veritatem quam invenerunt vel invenisse putant, ut sese invicem in veritate inquirenda adiuvent; veritati autem cognitae firmiter adhaerendum est assensu personali».[6]

2. « Desiderium talis colloquii — uti legitur in Constitutione Pastorali de Ecclesia in Mundo hodierno — quod sola caritate erga veritatem ducatur, servata utique congrua prudentia, ex nostra parte neminem excludit ... » .[7]

Litterae autem Encyclicae *Ecclesiam suam* tres veluti orbes circumductos maiores minoribus exhibuerunt ad indicanda tria colloquendum genera ; videlicet cunctos homines, quorum non pauci nullam religionem colunt, deinde eos qui religiones non christianas profitentur, ac denique fratres christianos non catholicos. Ut autem dialogus cum his tribus generibus interlocutorum instituatur, Paulus VI tres Secretariatus : nempe pro uniendis in fide christianis, pro non christianis, pro non credentibus constituit.

Ad dialogum autem instituendum, praesertim cum non credentibus, peculiares et ex parte saltem novae quaestiones exoriuntur.[8] Item in quibusdam inceptis ac novitatibus ad dialogum promovendum Catholici veritatis et christianae fidei bonorum — qua per est sollertia — studiosi, difficultates aliquas experiri poterunt : qua de causa Secretariatus pro non credentibus cogitata quaedam et hortamenta, documentis Magisterii Pontificii et Conciliaris innixus, proponere cupit.

De dialogo sub respectu apostolico longe lateque disserit in Litteris Encyclicis *Ecclesiam suam* Paulus VI : per dialogum ita acceptum Ecclesia suum praecipuum officium cunctis hominibus nuntium evan-

[5] **Litt. Encycl. *Ecclesiam suam,* n. 46.**

[6] **Decl. *Dignitatis humanae,* n. 3.**

[7] **Const. past. *Gaudium et spes,* n. 92.**

[8] **Const. past. *Gaudium et spes,* n. 19.**

gelictim pandendi peragit, dum ipsis, reverentiae et amoris plena, donum gratiae et veritatis, quarum a Christo depositaría facta est, praebet.

In Constitutione autem Pastorali *Gaudium et spes,* de dialogo Ecclesiae cum mundo potius sermo fit. Quod colloquium non ad annuntiandum Evangelium proxime spectat; agitur enim de dialogo quem christiani instaurare intendunt cum hominibus qui eandem fidem non participant, sive ut veritas in diversis rerum provinciis simul quaeratur, sive ad solvenda per sociam operam urgentiora problemata nostrae aetati propria. De dialogo ita sumpto Ecclesiam inter et mundum, sequentia proponuntur ad expendendum.

I

DE NATURA ET CONDICIONIBUS DIALOGI

1. DE DIALOGO IN GENERE

Nomine dialogi hic generaliter intelligitur quaelibet forma conveniendi et communicandi inter personas vel coetus et communitates, eo consilio ut cum spiritu sinceritatis, personarum reverentiae et cuiusdam fiduciae, vel altior veritatis comprehensio vel humaniora commercia attingantur.

Dialogus vero gravioris momenti est ac difficilioris rationis, cum fit inter personas diversarum opinionum, immo aliquando oppositarum, quae mutuas praeiudicatas opiniones dispellere satagunt et consensum, quantum fieri potest, inter se augere, quod attinet tum ad simplex inter homines commercium, cum etiam ad veritatem inquirendam vel ad cooperandum in quolibet rerum agendarum ordine.

Quae quidem elementa omnia, quamvis in singulis dialogi formis praesto sint, tamen, cum unum vel alterum elementum praeponderare possit, tria genera dialogi distinguere fas est, scilicet :

— conventus, humano tantum in commercio instaurandus, cuius sit colloquentes a solitudine et a mutua diffidentia liberare atque rationem verioris ((sympathiae)) nec non mutuae reverentiae et aestimationis inducere;

— conventus in veritatis provincia instaurandus, cuius sit quaestiones, quae pro ipsis colloquendum personis maximi momenti sint, pertractare et communi conatu ad assequendam meliorem veritatis

comprehensionem, necnon ad ampliorem rerum cognitionem animum intendere ;

— conventus, in actionis provincia instaurandus, cuius sit condiciones ad definitos fines operativos — non obstantibus differentiis doctrinalibus — attingendos statuere.

Quamquam optandum est ut dialogus hisce tribus rationibus simul colatur, tamen singulae formae, utpote quae commercium inter personas instituant, vim propriam servant.

Dialogus quilibet, quatenus colloquentes singillatim dant atque recipiunt, quandam « reciprocitatem » secum fert, quare a docendo differt, cuius est discipulum colloquentem locupletare; attamen dialogus, cum hominum multitudinem beneficio doctrinae prosequi possit, vera quaedam docendi forma dici potest et ipsius veritatis evangelicae implicitus nuntius.

Insuper dialogus, prout hic sumitur, a contentione et controversia differt, quarum est propriam partem defendere et alterius errorem demonstrare.

Praeterea dialogus non in comparatione proprie consistit, nam dialogi est efficere ut alter ad alterum propius accedat et alterum magis intelligat. Denique, etsi unusquisque colloquens legitime optare potest ut alterutri persuadeat de veritate suae partis, tamen dialogus natura sua non ad hunc finem assequendum ordinatur, sed ad mutuam locupletationem.

2. DE DIALOGO DOCTRINALI

1. *De possibilitate et legitimitate istius dialogi*

Saepe de ipsa possibilitate dialogi doctrinalis ambigitur. Quaeritur utrum ad sincerum dialogum habendum postuletur ut omnis veritas absoluta seponatur, et ad hoc ut dialogus sit apertus dispositio animi indefinite quaerendi exposcatur. Item quaeritur utrum admissa veritate absoluta, dialogus componi possit cum persuasione eam possidendi: dispositio enim ad dialogum serendum requirere videtur, ut de veritate absoluta dubitetur.

Praeterea potestne instaurari dialogus si colloquentes duobus differentibus cogitandi systematibus adhaerent? Si quaelibet affirmatio nonnisi in relatione ad integrum systema sensum firmum nanciscitur, daturne verus locus colloquendi, si ex duobus systematibus diversis fiat disputatio?

Praeterea, ex analysi notionis veritatis quam hodie multi animo concipiunt, eruitur veritatem homini ipsi immanentem esse et ex homine eiusque libertate pendere, ita ut dari non possit veritas quae ab ipso homine non oriatur ; hinc dialogus doctrinalis fundamento careret, cum christiani, principium immanentiae reicientes, veritatis notionem absolute diversam sibi effingant.

Praeterea, ad dialogum publicum quod attinet, quaeritur an liceat fidem coetus, qui non sufficienter ad controversiam sit praeparatus, periculo exponere.

Quare, sequentibus adnotationibus quasdam inducere cupimus rationes ad has difficultates enodandas.

Dialogus doctrinalis, qui animosa sinceritate et maximo cum libertatis sensu ac reverentiae instauretur oportet, circa quaestiones doctrinales quae quodammodo ipsos disputantes afficiunt versatur, et fit inter colloquentes qui, diversa opinantes, communi conatu ad meliorem mutuam intelligentiam, ad consonantias enucleandas et quantum fieri potest dilatandas contendunt. Quo pacto fit ut colloquentes mutuo ditari possint.

Quare ex una parte proprium est dialogi ut ad indolem personalem adeptionis veritatis attendat ; inde condiciones singulorum hominum et adiuncta peculiaria uniuscuiusque colloquentis, necnon termini in quibus singuli colloquentes in capessenda veritate continentur, perpendenda sunt. Intelligentia horum terminorum, qui sive singulos homines sive communitates historicas afficiunt, dilatabit corda ad aliorum sententias et molimina consideranda et ad elementa vera uniuscuiusque sententiae amplectenda.

Altera vero ex parte, quatenus dialogus in requirenda veritate etiam consistit, omni vi caret, nisi colloquentes teneant ipsam humanam mentem, saltem quadam ratione, veritatem obiectivam attingere, eamque aliquam ipsius veritatis partem, etsi fortasse errori admixtam, semper intelligere posse. Demum singuli homines, cum res modo sibi proprio eodemque unico pertingere valeant, auxilium ad veritatem assequendam praebent, ad quod ceteri attendere debent.

Hac de causa, veritatem esse possibilem non tantum est affirmatio dialogo consentanea, sed etiam necessaria eius condicio; in dialogo ergo instituendo non est ambigendum de veritate quasi ipsa dialogo postponi possit sicut quaedam formae irenismi facere videntur. Immo, dialogus oriri debet ex communi officio morali quaerendi in omnibus, ac praesertim quod ad quaestiones religiosas attinet, veritatem.

Praeterea ex eo quod singuli colloquentes putent se possidere veritatem, non sequitur dialogum esse inanem; haec enim persuasio non est contra colloquii naturam. Nam dialogus initur e duobus diversis positionibus, quas reapse dialogus enucleare, ac quantum neri potest, viciniores reddere ad invicem contendit; sufficit ergo ut singuli colloquentes existiment notitiam veritatis, quam tenent, ex dialogo cum altero crescere posse.

Quae quidem mens a credentibus maxima cum sinceritate suscipienda ac fovenda est. Nam veritates fidei, quatenus a Deo revelatae sunt, in seipsis absolutae sunt ac perfectae, attamen semper imperfecte a fidelibus percipiuntur, qui in iis intelligendis ac meditandis crescere possunt. Ceterum non omnia quae a christianis tenentur, a Revelatione profluunt, et dialogus cum non credentibus eos adiuvare potest ad distinguendum ea, quae ex ipsa procedunt, ab aliis, necnon ad signa temporum sub luce Evangelii perscrutanda.

Insuper fides christiana non eximit credentes a considerandis, rationis ope, fidei praesuppositis rationalibus, immo christianus impellitur ut quidquid ab humana ratione recte postulatur amplectatur, cum ex ipsa fide certus fiat rationem fidei numquam contradicere posse. Denique christianus novit e fide non omnia responsa in qualibet rerum disputatione erui posse, sed ab ea novit quo animo et qua via de iis quaestionibus disceptandum sit, praesertim in rerum temporalium provincia, quae est veluti magna porta ad requirendum aperta.[9]

Quod vero ad difficultatem ex systematis interna cohaesione ortam spectat, meminisse oportet haberi dialogum etiam cum singuli disceptantes circa quaedam tantum conveniant, nam si in quodam systemate nonnullae veritates ac bona reperiantur, quae suum sensum ac momentum ab ipso systemate non necessario accipiant et ab eo disiungi possint, sufficit ut haec in sua luce ponantur, ut consensus quidam haberi possit.

Inter homines etiam quos separat maxima opinandi discrepantia, quaedam capita conveniendi et communicandi inveniri possunt. Ratione igitur habita internae cohaesionis systematum, in disputando distinguendi sunt gradus, quibus dialogus fiat, cum contingere possit,

[9] **« Sane coram immensa diversitate tum rerum status tum culturae humanae formarum in mundo, propositio haec in compluribus suis partibus consulto nonnisi indolem generalem prae se fert: immo, licet doctrinam iam in Ecclesia receptam proferat, cum non raro de rebus incessanti evolutioni subiectis agatur, adhuc prosequenda et amplianda erit» (Const. past. *Gaudium et spes*, n. 91, 2).**

ut dialogus in uno potius gradu quam in alio intserí possit. In specie recolatur, res humanas suam legitimam autonomiam obtinere[10] ac consequenter discrepantias in rebus religiosis non necessario impedire quandam consensionem de rebus temporalibus.

Ceterum negandum non est dialogum difficiliorem evadere posse, eo quod colloquentes diversam veritatis notionem habeant et in ipsis rationis principiis non conveniant. Si hoc accidat, ipsius dialogi erit conari ut ad talem veritatis et principiorum rationis notionem, quam omnes colloquentes probare possint, perveniatur. Quod si fieri nequeat, dialogum validitatem omnem amisisse nondum dicendum est ; nam parum non est terminos constituere, ultra quos progredi non possit. Non enim quacumque ratione dialogus instituendus est.

Contestationis vero periculum in humano convictu « pluralistico » nostrae aetatis vix vitari potest; unde oritur necessitas parandi fideles, ut tale periculum inire sciant praesertim in colloquio publico, quod si rite paretur, non paulum fidei maturandae inservit ; ceterum in colloquio publico colloquentibus occasio praebetur proponendi suam doctrinam auditoribus, quos alio modo attingere non possent.

Colloquium credentium cum non credentibus, quamquam pericula secum fert, non solum possibile, sed suadendum est. In omnibus enim quae rationi humanae impervia non sunt, exerceri potest, ut in re philosophica, religiosa, morali, historica, politica, sociali, oeconomica, artificiosa et « culturali » in genere. Fidelitas, qua christianus omnibus bonis spiritualibus et corporalibus adhaeret, postulat, ut ipse ubicumque ea inveniat, agnoscat.[11] Dialogus iste vertere etiam potest circa bona, quae pro hominis vita et cultura ex veritatibus ordinis supernaturalis profluere possunt.

2. *De condicionibus dialogi doctrinalis*

Ut autem dialogus fines sibi praestitutos attingere valeat, veritatis ac libertatis normis obtemperare debet : quare veritatem in sinceritate requiret ita ut excludatur colloquium doctrinale, quando, prout vulgo dicunt, ((instrumentalizatum » appareat, utpote ad fines politicos contingentes assequendos institutum. Crebriores vero difficultates fiunt quod ad dialogum cum marxistis, qui communismo adhaerent, attinet, ob arctum vinculum, quod ipsi ponunt inter theoriam et praxim; quod quidem secum fert ut difficilius dialogi gradus inter se distin-

[10] **Const. past. *Gaudium et spes,* n. 36 et 59.**
[11] **Const. past. *Gaudium et spes,* n. 57.**

guantur, et ipse dialogus ad doctrinam pertinens in practicum convertatur.

Ad veritatis cultum postulatur praeterea, ut in declaranda ac mutuo comparanda uniuscuiusque colloquentis sententia, claritas resplendeat, ne per verba, quae eadem sonant, sed non eadem significatione usurpantur a colloquentibus, differentiae occultentur potius quam superentur. Quod quidem requirit, ut clare perspiciatur quo sensu eadem verba ab utrisque adhibeantur, ut qualibet ambiguitate sublata, disputatio recte procedat.

Colloquium doctrinale alacritatem exposcit tum ad propriam uniuscuiusque sententiam sincere pandendam, cum ad veritatem ubique agnoscendam, etiam cum veritas ita devincit colloquentem, ut ipse speculativam et practicam sui positionem recognoscere saltem ex parte cogatur.

Nihil autem proficiet colloquium nisi a vere peritis paretur atque exerceatur, secus beneficia colloquii non aequabunt pericula inde oritura. Denique veritas in dialogo habendo non aliter praevaleat nisi vi ipsius veritatis; [12] ideoque libertas colloquendum tum iure in tuto ponenda, tum reapse reverenda est.

3. DE DIALOGO IN RERUM AGENDARUM ORDINE

Colloquium etiam eo spectare potest, ut cooperatio inter homines, inter coetus vel communitates, sententias diversas immo aliquando oppositas profitentes, instituatur.

Animadvertendum est autem aliquando incepta ex sententiis christianae religioni infensis exorta, in eum posse devenire statum, qui amplius cum primordiis non congruat,[13] immo, ut supra diximus, discrepantiae quae mutuo opponunt systemata complexive considerata, non impediunt, quominus systemata in quibusdam consentiant; praesertim autem discrepantiae, quae habentur in re religiosa, per se non excludunt consonantias in rebus temporalibus quae, ad sensum Constitutionis *Gaudium et spes,* autonomiam in suo ordine obtinent.

Demum ubi concordes sententiae doctrinales obtineri nequeant, fieri potest, ut consensus circa aliquas res practicas mutuo ineatur. Ut consensus et cooperatio legitime fiant, quaedam condiciones adimpleri debent: videlicet propositum dialogi vel sit bonum aliquod vel ad

[12] **Decl. *Dignitatis humanae,* n. 1 et 3.**

[13] **Litt. Encycl. *Pacem in terris,* n. 160; Litt. Encycl. *Ecclesiam suam,* n. 58.**

bonum reduci possit;[14] deinde id in quo colloquentes consentiunt, potiora bona in discrimen ne deducat; huiusmodi sunt integritas doctrinae et iura personae, ut libertas civilis, culturalis et religiosa. Ut autem tales condiciones in colloquio exsequendo haberi probetur, attendendum erit tum ad ea quae colloquentes agenda in praesenti vel in futurum sibi proponunt, cum etiam ad experimenta quae in praeterito facta sunt.

Ex diversis ergo rerum, locorum et temporum adiunctis diiudicanda erit opportunitas talis cooperationis. Quamquam laicorum praesertim erit haec adiuncta perpendere, Hierarchiae tamen munus est, salva semper laicorum legitima libertate ac peritia, invigilare ac intervenire quando ad valores religiosos et morales tutandos exigitur.

II
NORMAE PRACTICAE

Normae quae inde sequuntur veluti corollaria ex natura et condicionibus colloquii deprompta considerandae sunt, sed necessario potius generales erunt, tum ob diversa singularum regionum adiuncta, cum etiam quia iuxta Pastorum ac Fidelium prudentiam singula praecepta diversis casibus applicabuntur. Exempli causa, distinguendum sane est inter gentes antiquas traditiones christianas servantes, et eas quibus hucusque Evangelium nuntiatum non est, necnon eas quae quamvis maiore ex parte christianae, actu a moderatoribus atheis reguntur. Praeterea, experimenta uberiora adhuc sperantur quae in posterum magis opportunas normas suadebunt. Munus est Conferentiae Episcopalis pro singulis nationibus normas tradere generales loci condicionibus adaptatas.

1. NORMAE AD COLLOQUIUM PROMOVENDUM

Praelucente Concilio Vaticano II optandum est, ut publica opinio in Ecclesia persentiat opportunitatem et quidem maximam colloquii instituendi.

1. In clericis instituendis atque formandis necesse est, ut disciplinis philosophicis ac theologicis ita imbuantur, ut « hodiernae aetatis indole recte percepta, ad colloquium cum hominibus nostri temporis

[14] **Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, n. 252.**

opportune praeparentur»,[15] ad non credentes etiam quod attinet; quare futuri sacerdotes de praecipuis formis « non credendi » (praesertim quae in eorum regione serpunt) recte edoceantur, ac rationem fundamentaque philosophica et theologica dialogi condiscant. Quae quidem in Universitatibus et Facultatibus ecclesiasticis uberius latiusque tradenda sunt.

2. In pastorali renovatione clericorum promovenda, quae cursibus, studiorum hebdomadis, conventibus, etc, fit, attendatur opus est ad illas quaestiones de colloquio cum non credentibus explanandas, quae ad concreta adiuncta referuntur, in quibus clerici ministerium pastorale exercebunt.

3. Pariter cursus altioris institutionis religiosae de colloquio cum non credentibus, vel peculiares cursus pro peritis, vel studiorum dies et conventus pro laicis promoveantur, ratione peculiari habita iuvenum et eorum qui in apostolatu christiano partem habeant.

4. Ipsa autem praedicatio et institutio catechetica ad hanc novarum rerum temperationem, ad quam Ecclesia hodie praesertim composita est et prompta, attendere debebunt.

5. Quod vero ad studium atheismi et ad colloquium instaurandum attinet, officia dioecesana et nationalia, cum Secretariatu Romano pro non credentibus quovis vinculo coniuncta, et sub ductu Hierarchiae in loco constitutae, operam navabunt. Haec officia sibi asciscent peritos viros tum ex clero tum ex laicis utriusque sexus ad inquisitiones promovendas, ad studia, ad cursus denique et conventus agendos.

6. Optandum est, ut cooperatio in hac rerum parte vere oecumenica inter catholicos et alios christianos, in ordine tum internationali tum nationali et regionali, instituatur.

7. Sed et inter christianos et sectatores religionum non christianarum, praesertim Iudaeos et Mahomaetanos, optatur talis cooperatio ad dialogum instituendum cum non credentibus.

2. NORMAE DIRECTIVAE

Imprimis distinguendum est inter colloquium publicum et privatum.

Ad dialogum *privatum,* scilicet ad conventum, sive sponte sive ex accitis consensibus instituendum et quibusdam tantum viris vel coetibus reservandum, nulla peculiaris norma statui potest praeter usum

[15] **Decr. *Optatam totius,* n. 15.**

prudentiae et benevolentiae, quarum est omnes actus vere humanos et christiano nomine dignos regere.

Sequentes tamen suasiones proponendae videntur :

1. Ad colloquium quam maxime fructuosum instituendum opus est ante omnia rem de qua disputandum erit perspecte nosse, non solum quod spectat ad sententiam colloquentis, sed etiam et praesertim quod ad christianam doctrinam pertinet.

2. Si vero christifidelis se non satis paratum esse persentit, peritum adeat, vel ad eum alterum colloquentem mittat.

3. Rursus bene attendatur ad momentum moralis obligationis ne quis facili « irenismo x> vel « syncretismo » seductus, suae fidei verum depositum relinquat neve in discrimen fidem suam adducat.

4. Neque minus aestimandum est vitae integrae et fidei congruens testimonium ad efficacem conventum agendum.

* * *

Quod vero ad colloquium *publicum* attinet nempe a viris, qui communitatem repraesentant (non necessario de mandato communitatis) tum credentium tum etiam aliorum qui doctrinis ac motibus diversis vel etiam oppositis adhaereant, parandum, requiritur plus prudentiae ab vim in publicis opinionibus inde proficiscentem. Huc faciunt quoque sequentia generalia hortamenta :

1. Christifideles, qui huius generis colloquio intersunt, sive sacerdotes sive laici, non tantum iis qualitatibus praediti esse debent, quae supra de dialogo privato memoratae sunt, sed excellentioribus dotibus tum quoad doctrinam, in qua debent esse vere periti, tum etiam quoad alias virtutes praestare debent, ut sunt moralis auctoritas, loquendi efficacitas ac praestantia, quemadmodum tale colloquium exposcit.

2. Si — ut hic supponitur — agatur de colloquio publico non officiali (scilicet non de mandato auctoritatis), opportunum esse videtur ad libertatem necessariam tuendam, ne colloquio intersint viri quibus vel publica auctoritas vel officium aut institutum quod repraesentant, implicetur; necesse est autem, ut colloquentes sese fideles praebeant postulatis communitatis, cuius vicem in colloquio gerunt.

3. Colloquium officiale (seu ex mandato) « a priori » nequit excludi; raro autem fit ut condiciones talis dialogi inter christifideles et non credentes habeantur, sive quia non credentes plerumque communitatem aliquam non repraesentant sed seipsos tantum, sive ob defectum homogeneitatis inter Ecclesiam ex una parte et factionem politicam

vel coetum culturalem ex alia. His in adiunctis curandum est ut in natura et fine dialogi atque in voluntate cooperandi, omnis vitetur aequivocatio.

4. Colloquium instituendum est solummodo si adiuncta v. g. temporum ac locorum, verae colloquii naturae faveant, atque ideo vitanda est nimia celebritas vel hominum ad rem non satis paratorum praesentia, qui possint colloquii serenitatem turbare, idque in rixam vel comitium convertere. Generatim magis in bonum cedunt colloquia inter paucos utrimque peritos. Aliquando statutum et regulae colloquii antea sancienda sunt ; denique a colloquio declinandum est, si patet ipsum fore instrumentum alicuius factionis.

5. Identidem ad dissentiones et scandala vitanda aliquando oportebit antea edere declarationem, in qua sensus, finis ac materia dialogi statuantur.

6. Sacerdotes consensum Ordinarii proprii et loci, ubi colloquium habebitur, obtineant; omnes christifideles Auctoritatis Ecclesiasticae praeceptis obtemperabunt. Auctoritas autem legitimam libertatem laicorum in rebus temporalibus studiose servet, necnon condiciones generales in quibus ipsi vitam suam agunt.

Praeter dialogum qui voce fit, scripto quoque dialogus recensendus est, qui inter credentes et non credentes fieri potest mutua cooperatione in ephemeridibus, in libellis statuto tempore vulgandis ac in ceteris foliis.

Hoc autem colloquii publici genus curam maiorem requirit ob famam largioremque diffusionem rerum scriptarum, ac proinde ob maius onus et conscientiae officium fidelium participantium. Altera tamen ex parte melius hic a periculis imperitiae et festinationis caveri potest. In hoc autem dialogo instituendo suadendum est ut ii omnes christifideles quorum interest, sua scripta peritis antea tradant. Ceterum omnes fideles normas canonicas hac de re latas vel ferendas religiose servabunt.

Datum Romae, die 28 augusti 1968.

FRANCISCUS Card. **KÖNIG,** *Praeses*

Vincentius Miano, *a secretis*

An. et yol. LX 23 Decembris 1968 N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

MIAMIENSIS - S. AUGUSTINI - MOBILIENSIS - BIRMINGHAMIENSIS S. PETRI IN FLORIDA ET ORLANDENSIS

Quibusdam distractis territoriis a dioecesibus Miamiensi et S. Augustini, duo novae conduntur dioeceses « Sancti Petri in Florida » et « Orlandensis » appellandae; eadem insuper Ecclesia Miamiensis in ordinem metropolitanarum evehitur; tandem fines dioecesium S. Augustini et Mobiliensis-Birminghamiensis mutantur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Ecclesia Sancta Dei, ad quam cuncti vocantur homines, feliciora in dies, etsi non sine labore, incrementa capiat, Nostrum esse censemus maiora christifidelibus auxilia praebere, aptius si oporteat dispositis ecclesiasticis circumscriptionibus. Cum autem Conferentia Episcopalis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, de consensu Ecclesiarum Miamiensis, S. Augustini et Mobiliensis-Birminghamiensis sacrorum Antistitum, esse cum fidelium bono consentaneum censuerit si, ibi locorum, aliae duo conderentur Sedes cathedrales aliaque Sedes metropolitana, idque ut fieret ab Apostolica Sede petierit, precibus Nos libenter concedere statuimus. De sententia ideo venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praesunt, post auditum venerabilem Fratrem Aloisium Raimondi, Archiepiscopum

titulo Tarsensem et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegatum Apostolicum, suppleto eorum consensu qui aliquod ius in hoc negotio haberent, de summa Nostra et Apostolica auctoritate, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. — A dioecesi Miamiensi quattuor qui sequuntur Comitatus separamus, « Charlotte, De Soto, Hardee et Lee» vulgo appellatos; — item a dioecesi S. Augustini alios separamus septem qui hic numerantur Comitatus, nempe «Citrus, Hernando, Hillsborough, Manatee, Pasco, Pinellas et Sarasota»; — ex iis autem undecim Comitatibus novam dioecesim condimus, quae ab urbe ((Saint Petersburg », in Comitatu « Pinellas », *Sancti Petri in Florida* appellanda erit. Novae dioecesis sedem episcopalem in urbe Sancti Petri in Florida poni statuimus, episcopalis autem magisterii cathedram in curiali templo ibidem exstante, Deo sacrum in honorem S. Iudae Apostoli, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, cum iuribus et privilegiis propriis. Ab eadem insuper dioecesi Miamiensi quattuor alios seiungimus Comitatus, nempe ((Highlands, Indian River, Okeechobee et St. Lucie » ; item a dioecesi S. Augustini novem distrahimus Comitatus, nempe ((Brevard, Lake, Marion, Orange, Osceola, Polk, Semiola, Sumter et Volusia », atque ex iis omnibus alteram et distinctam erigimus dioecesim *Orlandensem* nuncupandam, ab urbe vulgo ((Orlando » in Comitatu « Orange », et iisdem circumscribendam finibus ac simul sumpta territoria, quae diximus. Caput dioecesis urbs ((Orlando » cognominata erit, in qua Episcopus sedem ac domicilium habebit; cathedram vero suae potestatis in curiali templo Deo dicato in honorem S. Caroli Ep. et Conf., quod ad dignitatem cathedralis attollimus, cum iuribus et privilegiis congruis. A dioecesi praeterea Mobiliensi-Birminghamiensi decem seiungimus qui sequuntur Comitatus, nempe « Bay, Calhoun, Escambia, Gulf, Homes, Jackson, Okaloosa, Santa Rosa, Walton et Washington », et dioeceseos S. Augustini territorio perpetuo adnectimus, mutatis, hac ratione, duarum harum ecclesiasticarum circumscriptionum finibus. Novarum vero dioecesium Sancti Petri in Florida et Orlandensis Praesulibus, praeterquam quod congrua iura facimus, obligationes etiam et officia imponimus, quae sunt cum episcopali munere coniuncta, ut sunt Codice Iuris Canonici atque reliquis Ecclesiae legibus praescripta; curent etiam ut, pro Canonicorum collegiis quae in posterum per alias sub plumbo Litteras condentur, Consultores dioecesanos deligant, qui sibi consilio et ope adsint. Omnibus, quae supra memoravimus, territoriis distractis, etiam bona, facta ad normam canonis 1500 C.I.C. congrua proportione,

dividi oportet. Ad singulas autem mensas episcopales quod attinet, eas efficient Curiae emolumenta ; pecunia quam christiani obtulerint ; iusta ex divisis bonis pars obveniens. Sacerdotes vero Sedi illi censeantur addicti, in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri autem clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Documenta denique et acta, quae modo conditas dioeceses spectant ad earum Curias mittantur ad quas distracta territoria pertinebunt, in tabulario religiose custodienda. Item statuimus ut Miamiensis Ecclesia, a metropolitano iure Archiepiscopi Atlantensis exempta, ad metropolitanae Sedis dignitatem et gradum evehatur, condita scilicet nova provincia ecclesiastica, *Miamiensi* nomine, hisce effecta Ecclesiis : Miamiensi ipsa, tamquam metropolitana; Sancti Petri in Florida et Orlandensi, quas hodie ereximus; Sancti Augustini, quam a Sede metropolitana Atlantensi, cui hactenus subdebatur, seiungimus. Venerabilem tandem Fratrem Colemanum F. Carroll, adhuc Miamiensem Episcopum, dignitate insignimus Archiepiscopi Metropolitae, cum iuribus et obligationibus congruis. Canonicorum simul collegium eiusdem Ecclesiae ad gradum collegii metropolitam tollimus, cum iuribus et officiis propriis. Ceterum haec nostra mandata venerabilis Frater Aloisius Raimondi, quem diximus, exsequenda curet, qui etiam poterit quemlibet virum delegare, dummodo sacerdotii dignitate insignem. Negotio autem perfecto, documenta scribantur, quorum sincera exempla, rite signata sigilloque impressa, ad S. Congregationem pro Episcopis quam primum mittantur.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. B. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONPALONIBRI
8. Congr. pro Episcopis Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Ioannes Calieri, *Prot. Apost.*

Iosephus Massimi, *Prot. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cano, tab., vol. CXXVII, n. 77.

LITTERAE APOSTOLICAE

Beata Maria Virgo vulgo « Our Lady of Bethlehem » appellata, et Sanctus Carolus Episcopus et Confessor, principales Patroni; Sanctus vero Patricius Episcopus et Confessor et Sancta Teresia a Iesu Infante Virgo, secundarii Patroni totius dioecesis Montereyensis in California eliguntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Evangelii praeconum annales replicanti, semel atque iterum accidisse liquet ut ex impensa flagrantique in Deiparam Virginem pietate nova orirentur oppida, quin immo et urbes, adeo ut et sacrum quoddam rerum suarum initium et optimum in futuras aetates omen haberent. Nam catholici Hispaniarum navigatores, cum novas deducerent colonias in dissitas Americae terras, hanc praeclaram consuetudinem tenuerunt secum ferendi, e patriis oris, aliquam B. V. Mariae veneratam Imaginem, quasi amicum sidus in fluctibus vastissimi maris, quod intuentes, ad portum salutis a recto cursu non aberrantes ac tutius pervenirent. Firmissima enim Christianis spes semper arridet Maria; quae potest, qua valet apud Deum auctoritate, quae vult, qua fertur materni sui animi incitatione, filiis succurrere eosque a periculis cunctis eripere, tum spiritualibus tum temporalibus. Postquam igitur imago B. V. Mariae, sub titulo « Nostrae Dominae a Bethlehem » invocatae, quasdam Hispanorum expeditiones sequens, e Lisbonensi terra primum in Mexicanas, deinde in Californianas Americae regiones pervenit, non solum praecipuas Christi praeconum stationes signavit ad Evangelii lumen gentibus nuntiandum sed et initium praebuit novae civitatis condendae, postea « Montereyensis in California)) cognominatae. Magna proinde tenentur religione Deiparae, ((Our Lady of Bethlehem » vulgo appellatae, clerus populusque huius Montereyensis in California dioecesis et tenerrimos in Eam amoris sensus ostendunt utpote suae fidei matrem et custodem. Qui insuper peculiaribus honorant obsequiis Sanctum Carolum, Ep. et Conf., pastoralis prudentiae et eximiae sanctitatis exemplar fulgidissimum. Alteram tandem eamque alacrem eo loci pietatem vigere, magna sane laetitia, comperimus, sive erga Sanctum Patricium Ep. et Conf., non minoribus virtutibus illustrem ac studiosum Evangelii nuntium, sive erga Sanctam Teresiam a Iesu Infante Virginem, cuius rara simplicitas morum atque

operosi spiritus quietus ardor cum immenso Dei animorumque amore coniunguntur. Quam ob rem, sui universi cleri fideliumque vota expromens, Venerabilis Frater Henricus A. Clinch, Montereyensis in California Episcopus, Nos rogavit ut B. V. Mariam « Our Lady of Bethlehem » vulgo appellatam et Sanctum Carolum Ep. et Conf., praecipuos Patronos ; Sanctum vero Patricium Ep. et Conf. et Sanctam Teresiam a Iesu Infante V., secundarios tutores suae dioecesis renuntiaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, Nostra de Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Virginem Maria « Our Lady of Bethlehem » vulgo appellatam et Sanctum Carolum Episcopum et Confessorem, *principales Patronos;* Sanctum vero Patricium Ep. et Conf. et Sanctam Teresiam a Iesu Infante V., *secundarios Patronos* totius Montereyensis in California dioecesis eligimus, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis et secundariis regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari.

Datum ex arce Gandulfi prope Romam, sub anulo Piscatoris, die vigesimo octavo mensis augusti, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri sexto.

ALOISIUS Card. TRAGLIA
8. R. E. Cancellarius

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

ffî Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*
Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © sigilli

In Ap. Cane, tab., vol. CXXVIII, n. 82.

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Stephanum S. R. E. Cardinalem Wyszynski, Archiepiscopum Cnesnensem et Varsaviensem, decem exactis lustris a constituta Catholica Studiorum Universitate Lublinensi.

PAULUS PP. VI

Lucida flamma ante quinquaginta annos in Polonia est accensa, quae usque in praesens salubri radiatione refulget, Catholicam dicimus studiorum Universitatem Lublinensem. Qui felix eventus propediem communi recordatione celebrabitur, Te, Dilecte Fili Noster, praeeunte, omnium istius Nationis Praesulum astante corona, professorum alumnorumque praesentium et veterum caterva plaudente.

Quibus sollemnibus Nos deesse non patientes, amplissimo huic Athenaeo emensum iter et uberem messem in religionis doctrinarumque regione collectam ex animo gratulamur.

Dum ergo cupimus, ut istic maxima cum peritia discenda tradantur ac tradita summa cum diligentia discantur, paterna cum sollicitudine monemus, ut coniunctus studio doctrinas artesque exquisite penitusque pervestigandi christianae sapientiae adipiscendae cultus eniteat, scilicet ferveat labor bonum apprehendendi et amandi virtutem, siquidem catholicam eiusdem disciplinarum sedem decet esse simul nobilem scholam vitae.

Haec ergo studiorum Universitas Lublinensis, ut priore aetate, ita et nunc gloriae sibi ducat veritatem fidei sine ulla obnubilatione falsarum opinionum docere et, obsequium Supremo Magisterio Ecclesiae praestando, discipulis viam commonstrare, qua inoffenso pede procurrant.

Deum igitur, Patrem luminum, deprecantes, ut docentibus ac discentibus propitius adsit et laeta incrementa huic inditae sedi in posterum quoque largiatur, Tibi, Dilecte Fili Noster, Praesulibus et cunctis, qui sollemnibus celebrationibus intererunt, Benedictionem Apostolicam, dilectionis Nostrae testem, libenter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis die xn mensis Octobris anno **MCMLXVIII,** Pontificatus Nostri sexto.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt Coetui generali habito ab Italica Sanctae Caeciliae Sodalitate. *

Diletti figli,

Ben volentieri vi rivolgiamo la Nostra parola; e lo facciamo ringraziandovi — e lodandovi — per le perfette disposizioni d'animo con cui la volete accogliere. Essa sgorga dalla stima e dall'affezione speciale che nutriamo per le vostre persone; dalla riflessione e dalla sollecitudine che il Nostro pontificale e pastorale Ufficio incessantemente esige a proposito della Sacra Liturgia, « culmine e fonte della vita della Chiesa »;[1] dal bisogno che abbiamo di voi, coincidendo gli alti fini del vostro movimento con la promozione della vita religiosa comunitaria e dello splendore del culto divino; dalla necessità di una *Associazione Italiana Santa Cecilia* restaurata ad un tempo, e per intima armonica coerenza, intelligentemente fedele alle gloriose tradizioni corali e musicali della Chiesa e saggiamente aperta alle sopravvenienti esigenze di un culto religioso sempre vivo e rinnovantesi, e di una pastorale liturgica aggiornata, efficace, feconda.

La vostra attività viene ora ad inserirsi in un momento importante della storia della riforma sapientemente promossa dal Concilio Ecumenico Vaticano II. Buoni frutti sono stati già raccolti anche nel settore che più direttamente vi riguarda. In Italia, non meno che in altri paesi, il popolo cristiano canta ora di più nelle sacre assemblee. Nuovi testi e nuove melodie si sono innestati sul tronco vetusto e venusto : promettenti polloni germogliati sotto il soffio della primavera spirituale, che oggi in maniera tanto sensibile avvolge e penetra la vita della Chiesa.

Non mancano, però, alcune resistenze e non poche difficoltà a tale rinnovamento, anche per ciò che concerne la musica sacra e il canto liturgico. E d'altra parte, non sempre si riesce a mantenere nel debito onore l'antico preziosissimo patrimonio; non sempre le nuove espressioni musicali armonizzano con la magnifica e venerabile tradizione

*** Die 18 mensis septembris a. 1968.**

[1] **Constitutio de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 16.**

ecclesiastica, così valida anche dal punto di vista culturale : mentre da un lato si introducono composizioni bensì semplici ed accessibili, ma talora povere d'ispirazione o prive di qualsiasi grandezza espressiva, e dall'altro si verificano qua e là esperienze completamente inedite ed audaci, di fronte alle quali non si può non rimanere, quanto meno, perplessi e dubbiosi. Tocca dunque a voi dare il vostro contributo ad una opera delicata ed urgente di riflessione e di discernimento ; e di impulso o di correzione, secondo i casi.

Nello svolgimento di tale missione bisogna soprattutto non perdere di vista la funzione della musica sacra e del canto liturgico. Altrimenti, vano sarebbe ogni tentativo di riforma, e impossibile la retta ed appropriata utilizzazione dei vari elementi strutturali della nobile e santa impresa, che sono, come ben sapete, il gregoriano, la polifonia sacra e la musica moderna; l'organo ed altri strumenti musicali; i testi, in volgare e in latino ; i sacri ministri, le « scholae cantorum » e l'assemblea; il canto sacro ufficiale e il canto religioso popolare.[2]

Musica e canto sono a servizio del culto e al culto subordinati; e pertanto devono essere sempre decorosi : grandi-, pur nella semplicità ; solenni, a volte, e maestosi : sempre il meno indegni possibile dell'infinita sovreccellenza di Dio, a Cui si dirigono, e dello spirito umano che intendono esprimere. Devono essere capaci di mettere l'anima in devoto contatto con il Signore, suscitando ed esprimendo sentimenti di lode, di implorazione, di propiziazione, di rendimento di grazie; di gioia ed anche di dolore; di amore, di fiducia, di pace. Quale gamma ricca d'ogni intima melodia e d'ogni più varia armonia.

Se questa è la funzione essenziale della musica sacra, come si potrebbero accettare maniere espressive veramente povere o banali? o indulgenti ad un distraente estetismo? o improntate ad un tecnicismo prevalente ed eccessivo, che sarebbe sì riflesso di una delle peculiarità della nostra epoca — indubbiamente chiamata a raggiungere Dio in tutte le sue manifestazioni — ma che per entrare nel sacro avrebbe bisogno della mediazione di un'arte genuina?

Se non possiede ad un tempo il senso della preghiera, della dignità e della bellezza, la musica — strumentale e vocale — si preclude da sé l'ingresso nella sfera del sacro e del religioso. L'assunzione e la santificazione del profano, che oggi vuole distinguere la missione della Chiesa nel mondo, ha ovviamente dei limiti; tanto più quando si

[2] **Cfr. Constitutio de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* cap. VI; Sacra Congregazione dei Riti, *Instr, de musica in sacra Liturgia,* dei 1967.**

tratta di conferire al profano quella sacertà che è propria del culto liturgico : dovremmo ricordare che il Concilio di Trento, nel decreto disciplinare *De observandis et evitandis in celebratione missae,* proibisce ogni genere di musica *ubi sive organo sive cantu lascivum aut impurum aliquid misceatur?* Non indistintamente tutto ciò che sta fuori del tempio (profanum) è atto a superarne la soglia.

Né si creda che con simili rilievi si vogliano imporre dei limiti, mortificanti la capacità creatrice dell'artista, del compositore, o quella, non meno ispirata, dell'esecutore; o si vogliano escludere espressioni musicali o vocali caratteristiche dell'indole e dei costumi di Popoli educati da altre civiltà, che non quella del nostro Occidente. Il fine della musica sacra, mentre primieramente consiste nella evocazione e nell'onore della maestà divina, coincide altresì con una solenne affermazione della più autentica grandezza orante dell'uomo; e pertanto, quali e quante composizioni musicali nuove, inconfondibilmente segnate dal carisma della libertà creatrice e dal sigillo autentico dell'arte, possono scaturire da un illuminato e fedele servizio a quegli altissimi scopi ! Ma d'altra parte, nella prospettiva indicata meglio si comprende e si apprezza il gregoriano e la polifonia classica, valori religiosi ed umani del passato, ai quali sarebbe difficile poter disconoscere il carattere d'una sempre attuale perennità, e d'una incomparabile perfezione.

Rientra poi, in particolare, nella funzione del canto sacro l'infondere maggior forza ai testi che vengono proposti all'intelligenza e al gusto dei fedeli, per ravvivarne la fede e fomentarne la devozione.[3]

Parola e cantico interiore, e parola proferita, parola cantata : una problematica che si inserisce in quella, tanto suggestiva e più vasta, della contemplazione e della liturgia, interiorità ed esteriorità nel servizio del culto divino ; problematica che è insita nella natura stessa dell'uomo ; e pertanto ricorrente nella storia delle varie esperienze religiose-cultuali, soprattutto di quella cristiana. Sant'Agostino[4] e San Tommaso, per citare soltanto due maestri sommi, non ne rimasero insensibili.[5]

Per superare le difficoltà ed evitare possibili deviazioni, occorrerà, dapprima, scegliere o preparare — tirando fuori dal tesoro della fede

[3] Cfr. San Pio X, *Tra le sollecitudini.*

[4] Cfr. *De Musica; Conf.* 9, 6; 10, 33; *Ep. 166,* 5, 13; *Retract.* 1, 11.

[5] IIa, IIae, q. 91, art. 2.

e dell'arte « nova et vetera » — testi adatti, oltre che per il contenuto solidamente religioso ed altamente ispirato, anche per la degna e pregevole veste letteraria ; e, poi, musicarli, e curarne quindi la esecuzione, in maniera coerente, non solo senza oscurarli con inutili ridondanze o dannose prolissità, più proprie, forse, di altri tempi, ma anche senza impoverirli, senza pregiudicarli — diremo — per difetto; così che tra ((cantus » e ((res quae canitur »[6] si realizzi quella adeguata e feconda complementarietà, che meglio riesce ad innalzare a Dio le menti ed i cuori.

Accenneremo infine alla funzione comunitaria del canto sacro e religioso, connessa con l'aspetto sociale della Liturgia, fortemente sottolineato, e non senza ragione, ai nostri giorni.

Il canto liturgico interessa la Chiesa nella sua totalità : « comunità di sentimenti » che si manifesta in « un'unica voce »,[7] e che dal canto viene a sua volta consolidata e rinvigorita. Quali benefìci frutti di solidarietà cristiana ed umana, di carità e di fratellanza in Cristo, può produrre la musica sacra che assolve convenientemente questa sua funzione ! E d'altra parte, l'osservanza dello scopo comunitario porterà ad escludere le mode espressive comprensibili solo da iniziati, e pertanto incompatibili con una musica che, per essere del Popolo di Dio, deve essere « popolare ».

Ma il canto interessa anche tutta la Chiesa nella sua organicità, e deve quindi farne apparire e risaltare la struttura essenziale, quale si riflette, in generale, nel carattere gerarchico e comunitario della Sacra Liturgia. Siccome, poi, nell'ambito del comune sacerdozio di tutti i fedeli lo Spirito distribuisce la varietà dei suoi doni, ecco, accanto a quello dell'assemblea, il ministero della « schola cantorum », dei fanciulli e degli adulti; ecco il ministero del compositore, dell'organista, del direttore : i vostri ministeri, diletti figli ! E in corrispondenza a tutto ciò, tante parti da curare, tante funzioni da stimolare. Così il canto si spiegherà in maniera consona e ordinata, secondo l'ufficio di ciascuno, facendo rifulgere la collaborazione e l'armonia nello stesso servizio; nell'edificare, cioè, tutti insieme la Chiesa; nel costruirsi, tutti insieme, tempio vivo ad onore e gloria del Padre.

Tali, diletti figli, le supreme finalità della vostra missione, sulle quali abbiamo voluto farvi indugiare, quasi per Nostro diletto, ma ancor più per dovere del Nostro apostolico ufficio, in ripetuta e rin-

[6] S. Agostino, *Confessioni,* X.

[7] San Clemente, *Lettera ai Corinti,* 34, 7.

novata meditazione, come sui criteri fondamentali a cui deve praticamente ispirarsi il vostro lavoro. Siamo certi che non vi sottrarrete al fascino della loro luce, all'impulso della loro forza. E vi assista anche il pensiero che la vostra missione è grande e salutare al cospetto della Chiesa, che col canto esprime e corrobora la fede del Popolo cristiano, e al cospetto del mondo, di questo nostro mondo contemporaneo, tanto bisognoso di una testimonianza bella e intrepida, resa alle realtà religiose, al sacro, a Dio. Con la Nostra Benedizióne Apostolica.

II

Habita in Basilica Vaticana, Clero et Christifidelibus qui interfuerunt celebritatibus Beatificationis viginti quattuor Coreanorum Martyrum. *

Signori Cardinali, Venerati Fratelli, figli carissimi,

Ancora una volta la Chiesa è nella gioia. Ella celebra una schiera di suoi figli, che lo Spirito Santo le assicura essere nella salvezza eterna, nella gloria del Paradiso. Si tratta, voi lo sapete, dei Martiri della Corea, dell'anno 1866. Li abbiamo dichiarati Beati per l'eternità. Ma Noi stessi annunciando questa trascendente certezza siamo, a nostro modo, beati. Un'onda della loro beatitudine celeste scende fino a noi, e c'invade di beatitudine terrestre. Noi siamo nell'ammirazione. Noi siamo nel gaudio della celebrazione. Noi siamo nella coscienza della comunione. Fratelli e figli ! Non è tanto la sontuosità di questa Basilica illuminata a festa, non è tanto lo splendore di questa cerimonia risultante dalla più solenne, dalla più varia, dalla più pia rappresentanza del Popolo di Dio del mondo intero, che riempiono di spirituale esultanza i nostri animi in questo felice momento, quanto la sicura convinzione e quasi l'intima esperienza del mistero della « comunione dei Santi », che ora commuovono i nostri spiriti. Oh ! la comunione dei Santi : quale mondo meraviglioso ! Il concetto, che noi cerchiamo di farcene, è come un sogno; ma la realtà supera le immagini della fantasia ; è più grande, è più bella, ed è soprattutto più vera. Il regno della santità è il paradiso nel suo riflesso quaggiù, nella sua pienezza lassù in cielo; è lo splendore vivificante di Dio, che penetra nelle creature elette al suo ineffabile consorzio. Se già nelle scene stupende della natura la nostra ammirazione avverte di non poter pareggiare nei con-

*** Die 6 mensis octobris a. 1968.**

cetti e nelle parole l'arte, la dignità, la magnificenza, la maestà, la grandezza, la perfezione dell'opera divina, che in eloquente silenzio in esse si manifestano, che cosa dobbiamo dire e che cosa diremo, a Dio piacendo, un giorno, quando l'epifania di Dio, anzi quando la sua « gloria, sarà in noi rivelata? x».[1]

Durante la nostra vita presente questa rivelazione è ancora incompleta ; avviene *per speculum, in aenigmate,* quasi per riflesso, sotto un velame arcano ;[2] l'aspetto divino della santità è solo e scarsamente palese, sebbene esso non ci sia del tutto nascosto, e per un occhio limpido già talmente si manifesti da rivestire tutta la Chiesa d'un suo splendido abito e da costituire una delle sue « note » distintive e caratteristiche, quella appunto della santità della Chiesa; nota, che spesso all'osservazione profana non appare, e al giudizio fenomenico circa l'umanità della Chiesa è anzi contraddetto dai difetti e dai peccati, che, per colpa dell'elemento umano onde essa è composta, la nascondono e la deformano. Ma non così che tale nota di santità rimanga inavvertita dall'onesta osservazione degli uomini di questo mondo. Per noi, figli della luce,[3] l'avvertenza della santità *della* Chiesa, quale sacramento e quale strumento della salvezza,[4] e l'avvertenza della santità *nella* Chiesa, cioè nei suoi figli pieni di grazia e di virtù, dovrebbero essere sempre presenti allo spirito, come una realtà edificante e consolante, assai più che ordinariamente non sia. Ed è proprio per richiamarci alla considerazione di questa realtà che la Chiesa stessa ci presenta fratelli singolarissimi, nei quali la trasparenza della santità è così manifesta da obbligarci a lodare Iddio in quegli eletti — come dice S. Paolo — che Egli ha predestinati a riprodurre l'immagine del Piglio suo, ... ch'Egli ha chiamati, e chiamati li ha giustificati, e giustificati li ha glorificati.[5] È questa la ragione di questa cerimonia e della lunga preparazione, che l'ha preceduta; la ragione del culto dei Beati e dei Santi, la ragione della Nostra letizia per aver potuto elevare alla glorificazione alcuni Martiri Coreani davanti alla Chiesa militante, come essi già sono nel coro della Chiesa trionfante.

Un desiderio invade, in questo momento, gli animi nostri; quello di fissare lo sguardo nella storia di questi nuovi Beati, là dove la tra-

[1] **Cfr. *Rom.* 8, 18.**
[2] ***1 Cor.* 13, 12.**
[3] ***Io.* 12, 36.**
[4] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 48.**
[5] **Cfr. *Rom.* 8, 29-30.**

sparenza della santità, che dicevamo, lascia partire i suoi raggi. Cioè vogliamo vedere come Dio si è manifestato in loro. È un desiderio molto pio e degno di essere incoraggiato, e, per quanto possibile, sod-disfatto. È l'amore alla scienza agiografica, che dovrebbe, come già una volta nell'educazione spirituale dei Fedeli, essere ancor oggi promossa e coltivata più che ora non sia; e oggi tanto più di ieri, in quanto l'agiografìa si alimenta di verità storica e di dottrina psicologica. Il « Martirologio » dovrebbe ritornare ad essere un libro di moda nella Chiesa, oggi rinascente. E nel caso presente la storia di questi Beati, non meno di quella dei grandi campioni del cristianesimo, ci offrirebbe l'interesse proprio delle grandi avventure, dei grandi eroismi, dei grandi gesti, che trasfigurano la statura di persone umili e nascoste. Bellissima storia, figli carissimi : Ci permettiamo di consigliarne a tutti la lettura, per il fascino che emana da essa e per l'edificazione ch'essa trasfonde.

Basti dire ch'essa è una storia di Martiri; e non d'uno solo, corifeo, il Vescovo Simeone Berneux, ma con lui d'altri ventitré, ad uno ad uno coscientemente immolati come vittime innocenti della loro fede. È una storia che si rifa ad altre precedenti, non meno dolorose e sanguinose ed eroiche, le quali, se non sono scritte ufficialmente nel nostro Martirologio, lo sono certamente in quel « libro della vita », di cui parla l'Apostolo.[6] Martire : chi è martire? Già il nome è un elogio paradossale. Due elementi ne costituiscono la straordinaria efficacia significativa : la testimonianza e il sangue. Sono appunto gli elementi della manifestazione straordinaria di Dio nella fede e nella fortezza d'un seguace di Cristo. Il martire scrive col sangue la sua fede : proclama, col suo sacrificio, che la verità ch'egli possiede e per la quale si lascia uccidere, vale più della sua vita temporale, perché la fede è la sua nuova vita soprannaturale, presente e per l'eternità. Nessuno più inerme, più debole, più mansueto di lui; il martire è come un agnello; ma nessuno più coraggioso, nessuno più impavido, nessuno più vittorioso. È il martire che mette in estrema evidenza la verità, che Cristo ci ha portata; è il martire che afferma l'amore nella sua suprema misura : il sacrificio. Tanta è la spirituale grandezza del martire ch'essa si trasforma in bellezza, e genera in chi la comprende questo a noi quasi inconcepibile affetto : il desiderio del martirio. Non abbiamo dimenticato le infocate parole di Ignazio

[4] ***PMl.* 4, 3.**

d'Antiochia, avido di subire la sorte straziante, che lo attendeva: « Lasciate ch'io raggiunga la pura luce ! là giunto, io sarò veramente uomo! Lasciate ch'io imiti la passione del mio Dio!)).[7] Ma oggi non abbiamo bisogno di cercare nel lontano passato queste ed altre simili mirabili testimonianze : sono i Martiri, che ora veneriamo Beati, a ripeterle per sé come un'entusiasmante aspirazione.

«Nous irons ... dans la Corée. Oh! quelle est belle la portion que m'a réservée le Seigneur ! Il est possible que bientôt, je foule cette terre où coule le sang des martyrs ...)), scrive partendo per l'Estremo Oriente Mons. Bérneux, allora giovane missionario. E a questa voce dell'europeo fa eco quella dei cristiani coreani, adulti e neofiti : attendono il martirio come un onore, come una logica fortuna della loro scelta religiosa. E il martirio per loro vuol dire l'adesione ad una fede venuta da lontano, senza sostegno di storia locale e d'ambiente sociale; vuole la tolleranza di torture atroci e raffinate, vuole il disonore pubblico e infine una morte crudele senza umana speranza.

E qui la tragedia di questi Martiri ci rivela un altro aspetto della loro santità : essa non ha nulla di artificiale, di straniero ; essa interpreta e porta ad un livello sublime le predisposizioni naturali e spirituali di questi oscuri eroi, quasi tutti laici per di più, appena iniziati alla vita cristiana ; il cristianesimo è penetrato nella loro psicologia e nelle loro attitudini morali non come una formula importata da una coltura estranea e lontana, ma come un messaggio concepito alla loro misura, e quasi intenzionalmente predisposto per animare le loro doti native e per svegliare le loro migliori personali capacità; è un cristianesimo quanto mai autentico e ortodosso, e nello stesso tempo perfettamente coreano. Esso si radica in quei cuori semplici e buoni, coltivati da tradizionali sentimenti umani e religiosi molto elevati, anche se incompleti, e vi fiorisce subito con sorprendente vitalità, come fosse seminato nel suo migliore terreno. Noi dobbiamo ammirare questo aspetto della santità di questi nuovi figli gloriosi della Chiesa di Cristo; noi intravediamo come questo inesplicabile fenomeno di connaturalità si estenda oltre le persone di questi Martiri al genio spirituale proprio del popolo coreano; e Noi ci domandiamo, davanti al Signore, se questo non sia un segno profetico, l'indice d'una vocazione per un Paese intero, l'annuncio d'una missione propria della Corea, destinata a dare alla nostra religione universale una sua pro-

[7] *Ad Rom.* VI.

pria espressione originale, capace di qualificare spiritualmente la sua storia futura e la sua inserzione moderna nel concerto delle Nazioni.

O Corea, qui degnamente rappresentata da due tuoi Pastori cattolici, Mons. Kim, Arcivescovo di Seoul, e Mons. Chang, che domani sarà consacrato Vescovo di Masan; da alcuni discendenti dei nuovi Beati; da un gruppo dei tuoi cittadini, qua venuti dal lontano Paese « del mattino calmo » e da varie altre Nazioni vicine ; e rappresentata anche dagli Studenti ed Alunni dei Nostri Collegi Urbani *de Propaganda Fide,* Noi ti consideriamo, o Corea, con il rispetto e con la stima, che si deve alla tua storia, alla tua civiltà, alla tua personalità nazionale !

Corea, tanto geograficamente lontana e a Noi tanto spiritualmente vicina, mediante l'unica e comune fede cattolica di molti tuoi figli, Noi ti salutiamo oggi come terra bagnata, anzi battezzata dal sangue dei tuoi Martiri; e onoriamo la tua gente, aperta ormai alla libera professione della religione cristiana. Corea, viva e moderna, che hai scoperto essere il cristianesimo non la religione perversa, di cui i tuoi Martiri furono accusati, ma anche per te il Vangelo della salvezza, Noi auspichiamo con tutto il cuore la tua prosperità, e facciamo voti che la tua Chiesa, vivente nella comunione della Chiesa universale, sia sempre in mezzo al tuo Popolo una sorgente di luce divina, di fraternità umana, di saggezza morale, di pietà religiosa per le tue migliori fortune spirituali e civili. Corea, di cui Noi conosciamo le sofferenze e le speranze, Noi ti auguriamo la pace; e, con quanti esultano per la beatificazione di questi tuoi Martiri, a questi stessi tuoi eroi, ora potenti intercessori nel Cielo, Noi rivolgeremo la Nostra preghiera, affinché la pace vera, degna e giusta, nella concordia, nel lavoro, nella libertà sia assicurata a tutti i figli !

Haec vobis proposita sunt, haec nostro etiam tempore intacta et incorrupta servari debent. Quae si uno verbo complecti cupimus, vos omnes ad christianam perfectionem vocamini, impellimini, urgemini. Hanc oportet totis persequamini viribus, ad hanc omnibus nervis contendatis, quia quicumque in hac via desides constiterint, regrediuntur. Liceat Nobis Sancti Bernardi vestri sententiam proferre, qui epistulam scribens ad Abbates vestros Suessione, in coenobio Divi Medardi, sub Abbate Gaufrido congregatos, haec hortabatur : « Recedant a me et a vobis qui dicunt : " Nolumus esse meliores quam patres nostri tepidorum et dissolutorum se filios protestantes. Quorum memoria in maledictione est, quia manducaverunt uvas acerbas, quibus dentes filiorum obstupuerunt.[5] Aut si sanctis et bonae memoriae patribus gloriantur, imitentur certe sanctitatem, quorum indulgentias dispensationesque pro lege defendunt. Quanquam sanctus Elias, " Non sum, inquit, melior quam patres mei " : et non dixit se nolle patribus esse meliorem. Vidit Iacob in scala Angelos ascendentes et descendentes, nunquid stantem quempiam, sive sedentem? Non est stare omnino in péndulo fragilis scalae; neque in incerto huius mortalis vitae quidquam in eodem statu permanet. Non habemus hic manentem civitatem, nec futuram adhuc possidemus, sed inquirimus.[6] Aut ascendas necesse est, aut descendas : si attentas stare, ruas necesse est. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult : et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus ».[7]

Quodsi flagranti hoc christianae perfectionis desiderio et studio ducamini, ad illam caritatem perfectum in modum vosmetipsos vestraque omnia conformabitis, quae a prima Constitutione ut peculiaris lex vobis commissa est ; illam dicimus « Chartam Caritatis », quam Decessor Noster Callistus II apostolica auctoritate probavit atque recenti instituto vestro tradidit servandam. Caritas igitur vestrum huiusmodi perfectionis studium informet : ea enim una est, quae vos in suscepto munere constantes atque fideles custodiat, ea una liturgicas preces,

[4] **Cfr. *Ier.* 31, 29.**
[6] **Cfr. *Hebr.* 13, 14.**
[7] ***Ep. XCI,* 3.**

quasi earum halitus et anima, admodum efficaciter comitatur easque ad Dei et Agni thronum perfert, ea una vos cum Christo arctissime coniungit. Iure merito igitur Sacrosanctum Concilium omnibus christifidelibus perfectionis caritatem suasit, ut eam « Deo dante, vivendo teneant atque perficiant » ;[8] eamque praesertim religiosis sodalibus inculcavit, gravissimis sane verbis, quae iterare placet : ((Religiosi ergo, suae professioni fideles, omnia propter Christum dimitientes,[9] Ipsum tamquam unum necessarium[10] sequantur,[11] Eius verba audientes,[12] de iis quae Eius sunt solliciti.[13]

Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet.

Qui evangelica consilia profitentur, Deum qui nos prior dilexit[14] ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo,[15] unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Ecclesiaeque aedificationem. Hac caritate etiam ipsa praxis consiliorum evangelicorum animatur et regitur ».[16]

Habetis igitur, dilecti filii, sanctissima monita, quae vobis in memoriam reducunt, quid quantumque Ecclesia nostro etiam hoc tempore a vobis postulet. Certam sane concipimus spem, fore ut, post celebratum vestrum Generale Capitulum, Cisterciensi universae Familiae novum veluti ver illucescat, quo flores fructusque suavissimi percipiantur, quibus Ecclesia sancta laetificari pergat. Divina auxilia vobis impensissime adprecamur, dum horum auspicium, et paternae voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, quam ad omnes Sodales vestros, ad eorum opera et incepta, praesertim in peramplo missionali campo, pertinere percupimus.

[8] **Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 40.**
» Cf. *Me.* 10, 28.
[10] **Cf. *Le.* 10, 42.**
[11] **Of. *Matth.* 19, 21.**
[12] **Cf. *Lc.* 10, 39.**
[13] **Cf. *1 Cor.* 7, 32.**
[14] **Cf. *1 Io.* 4, 10.**
" Cf. *Col.* 3, 3.
[16] **Decr. de accomm, renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, 5-6.**

IX

Sodalibus e Congregatione Clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini nostri Iesu Christi, qui Romae Generali religiosae suae communitatis Coetui Regulae accommodandae interfuerunt. *

Nunc autem vos alloquimur, dilecti filii e Congregatione Clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini nostri Iesu Christi, qui una cum benemerentissimo Generali Praeposito vestro, Theodoro Foley, huc frequentes convenistis, ut Beati Petri Successori fidem, caritatem et observantiam vestram iterum iterumque obtestaremini. Vos quoque ex omnibus orbis regionibus Romae coadunati estis, ut in celebrandum Capitulum Generale Speciale incumberetis, cuius prior Sessio exeunte hoc mense finem capiet; in alteram vero postea cogemini.

Magnum quippe solacium Nobis comparatis, qui laetanti animo Deo optimo maximo gratias agimus ob huiusmodi florentissimum religiosae pietatis sanctissimorumque propositorum exemplum, a tot Religiosis Familiis praebitum. Vos igitur gratulatione prosequimur, vobis Nostram dicimus benevolentiam atque existimationem.

Etenim vos, monita et vitae rationem repetentes Legiferi Patris vestri, Sancti Pauli a Cruce, ceterorumque Sanctorum, qui istam Congregationem fulgentia sicut sidera illustrarunt, hinc divinarum rerum contemplationi vacatis, quam cotidie alitis Liturgia, aeternorum bonorum meditatione, et sacrarum disciplinarum studio, ita ut ab omnibus iis rebus abhorreatis, quae plenae Dei caritati obstant; hinc vero apostolicam vivendi formam fideliter persequimini. Quapropter, quod ad vos etiam attinet, necesse prorsus est, ut caritatis perfectioni totis viribus studeatis, sine qua opera vel maxima nihil aliud fiunt, quam «aes sonans aut cymbalum tinniens».[1] Vos igitur ad hanc currendam viam paterna sollicitudine hortamur. Iesu Christi Passio, quae vestrum est splendens vexillum atque propria singularisque sanctitatis nota, ad omnia sustinenda exstimulat pro Christi nomine et gloria, atque pro hominum salute, eius pretioso sanguine redemptorum. Ad id sane reducitur princeps illa renovationis norma, quam Concilii Patres Religiosis Familiis proposuerunt, hisce verbis : « Cum vitae religiosae ultima norma sit Christi sequela in Evangelio

*** Die 14 mensis octobris a. 1968.**

[1] **Cf. *1 Cor.* 13, 1.**

proposita, haec ab omnibus institutis tamquam suprema regula habeatur)).[2] Christum vos sequimini Cruci affixum, Christum Cruci affixum hominum considerationi proponitis : in Eum igitur conspicientes, ab Eo vires et spiritum haurientes, in susceptum onus incumbere pergatis, ut vestri muneris efficacitas atque optatae renovationis vigor numquam remittant. Qua in re, Iesu Christi gratiam certe scitis vobis numquam fore defuturam.

Quo autem haec uberior usque et affluentior in vos descendat, preces Nostras pro vobis ad Deum fundimus, atque, supernorum munerum auspicem, Apostolicam Benedictionem vobis iteramus, eamque omnibus quoque vestris Sodalibus impertimus, qui ubique terrarum Christi crucem praedicant eiusque virtutem strenui annuntiant. « Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen)).[3]

X

Ad Excellentissimum Virum Ioannem Davin, primum apud Sedem Apostolicam Gabonensis Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Monsieur r Ambassadeur,

C'est avec joie que Nous vous souhaitons la bienvenue au Vatican et que Nous accueillons en votre personne le premier Représentant officiel envoyé par le Gabon auprès de Nous. La remise de vos Lettres de créance entre Nos mains marque, comme vous venez de le dire, une date historique, heureuse à la fois, pensons-Nous, pour le Saint-Siège et pour votre jeune République.

Ce n'est pas d'aujourd'hui que l'Eglise catholique entretient de bons rapports avec votre Pays. Dès le temps de Notre Prédécesseur Grégoire XVI était érigé le Vicariat Apostolique appelé alors « des deux Guinées », qui englobait, entre autres, le territoire du Gabon actuel, et qui fut confié par le Pontife à la jeune Congrégation fondée pour l'apostolat des Noirs par le Vénérable François Libermann. Les premiers missionnaires débarquaient sur le côtes du Gabon en 1844, et alors commença, à travers les lenteurs et les épreuves inhérentes à toute entreprise apostolique, l'histoire de la pénétration progressive de la semence évan-

[2] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis, 2.***
[3] ***Gal.* 6, 18.**
*** Die 17 mensis octobris a. 1968.**

gélique dans votre Patrie. A plus d'un siècle de distance, chacun peut constater qu'elle y a solidement pris racine. L'œuvre des Pères du Saint-Esprit, bientôt aidés par les Frères de Saint Gabriel et par plusieurs communautés féminines, s'est affermie et amplifiée, et le Gabon, avec ses deux cent cinquante mille chrétiens — la moitié, peut-on dire, de la population totale du Pays — offre aujourd'hui le spectacle d'une chrétienté florissante.

A côté des hérauts de l'Evangile, il serait juste de citer aussi les hardis explorateurs grâce auxquels, par la suite, votre Pays commença à acquérir sa notoriété dans le concert des peuples non africains. Une raison particulière Nous invite à mentionner ici l'un d'entre eux, sans doute le plus célèbre : italien d'origine, Savorgnan de Brazza, qui fut par la suite naturalisé français, était né à Castel Gandolfo, à quelques pas de la résidence d'été des Papes.

Mais la visite de Votre Excellence Nous suggère de Nous tourner maintenant vers le présent plutôt que vers le passé. Conscient de sa personnalité et de son unité nationale, le Gabon a désormais pris en main son destin. La bonne entente y règne, pour autant que Nous le sachions, entre les catholiques et ceux qui professent une foi différente, et Nous aimons à penser que, parmi les Gabonais, Nos Fils ne sont pas les derniers à donner l'exemple du loyalisme envers les Autorités du Pays.

Celles-ci, vous l'avez justement rappelé, apprécient les principes d'ordre moral et spirituel qui inspirent le Saint-Siège, et elles se montrent soucieuses de promouvoir deux grandes causes auxquelles le Saint-Siège donne son appui, les estimant capitales pour un heureux avenir du genre humain : la cause de la paix et celle du développement. Les deux causes sont liées, et la paix — tant interne qu'internationale — dépend pour une bonne part de l'action des Gouvernements pour une répartition équitable des richesses nationales à tous les niveaux de la population, qu'il s'agisse de richesses matérielles ou de richesses culturelles. Tel est, pensons-Nous, le souci des Autorités Gabonaises, et Nous en voyons un heureux indice dans l'effort considérable qu'avec l'aide de l'Eglise elles mettent en œuvre sur le plan de la scolarisation. Elles se sont fait honneur également, dans le domaine de l'assistance, en accueillant récemment nombre d'innocentes victimes de la tragédie qui désole un Etat voisin.

Votre Excellence a formulé l'espoir de voir se développer heureusement les relations qui s'inaugurent aujourd'hui. Nous pouvons l'as-

surer que ce désir est ici pleinement partagé, et qu'elle trouvera toujours auprès de Nous, dans l'exercice de sa mission, compréhension et appui. De grand cœur Nous invoquons sur elle et sur sa famille, ainsi que sur les Autorités et le peuple Gabonais, l'abondance des divines bénédictions.

XI

Ad sodales ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, qui Romae Conventui Generali religiosae suae communitatis Statutis accommodandis interfuerunt. *

Dilectissimi Nobis Filii Sancti Francisci,
Carissimi Fratres Minores Capuccini,

Noluistis speciali Capitulo Generali vestro finem imponere, quin aditum ad Nos peteretis, priusquam ad coenobia vestra rediretis atque ad opus singulis vocatione vestra et oboedientia mandatum. Flagitastis salutationem et benedictionem Nostram, quarum utramque vobis libenter nunc impertimus,; gaudentes, quod hac ipsa congressione duplex illa ratio significatur, quae inter religiosam Familiam vestram et Sanctam Sedem iugiter intercessit; rationem dicimus obsequii vestri et Nostri affectus amoris ; ambo scilicet indicium sunt mutuae fiduciae, quatenus ex una parte in apostolico ministerio Nostro collocatur, ex altera in professione vestra Franciscali. Itaque confirmatas vos volumus in vitae genere, quod delegistis, vobisque bene precamur.

Difficilem sane viam, dilectissimi Filii, elegistis, « arctam viam », de qua Evangelium agit. Talis autem est via Franciscana. Sanctus quidem Bonaventura haec de Fratre Francisco scripsit : « Digne quidem vir iste beatus singulari hoc privilegio (sacrorum stigmatum) insignitus apparuit, cum omne ipsius studium, tam publicum quam privatum, circa crucem Domini versaretur».[1] Etenim animus eius, fide repletus, incensus amore, quippe qui semper tenderei ad evangelicam Christi personam, quae mitis, humilis, pauper, semper veluti lucem effundens apparuit in aspectu, in sermone, in actione, in colloquiis cum hominibus faciendis, in necessitudine, qua naturae iungebatur, in passionis suae acerbitatibus, atque animus eiusdem sancti Francisci, in se penitus conversus et in rebus divinis maxime defixus, effecit, ut ipse exsisteret singularis omnino Domini imitator. Haec

*** Die 21 mensis octobris a. 1968.**
[1] ***Legenda minor,* 6, 9.**

vero postulaverunt, ut se impenderet heroum in modum, se omnibus exueret rebus, simplicitate esset unica et mansuetudine incomparabili, quasi ipse diceretur frangere animum cuiusvis, qui pigre et ad speciem tantum eum sequi vellet, sed accendere quemlibet, qui attrahi se pateretur miranda prorsus vita humillimi eiusdem et sanctissimi viri. Haec beata Angela a Fulginia affirmavit : « Beatus Franciscus docuit nos paupertatem, dolorem, respectum et oboedientiam veram. Ipse enim fuit ipsa paupertas interius et exterius; per ipsam vixit et continuavit ».[2] Est ergo via difficilis.

Hanc reapse sic esse testatur historia ortus vestri, quo causa declaratur, cur vestra Familia religiosa exsistat ; satis enim est memorare eam in medium prodiisse ut partem reformatam « Observantiae », quae et ipsa erat olim reformata, atque omnibus viribus esse annisam, ut obtemperatio Regulae Franciscanae ad austeritatem verbis ipsis innixam revocaretur. Vestrum est dicere, quae fides habenda sit voci, quam Matthaeus a Bascio, primus e grege vestro, audierit Sanctum Franciscum emittentem : « Volo, ut Regula mea ad verbum observetur, ad verbum ». Totus vero spiritus ac tota vita Fratrum Minorum Capuccinorum manifesto docent iis peculiare esse flagrans propositum sincera cum fidelitate servandi modos humillimos, maxime arduos, maxime proprios primitivae vitae Franciscalis.[3] Re quidem vera.: via difficilis !

Clemens Pp. VII prioribus promotoribus institutionis « Capuccinas » vestrae, Ludovico et Raphaeli a Foro Sempronii, per Litteras Apostolicas sub plumbo datas (die 3 Iulii anno 1528) et a verbis *Religionis zelus* incipientes, approbationem concedens, non minuit sed sanxit hunc reditum omnino absolutum ad austeritatem Regulae primitivae; quae, ad vitae usum sic iterum deducta, statim mirabilem fecunditatem suam ostendit sive magnum numerum asseclarum alliciendo sive praeclaram vim apostolicam manifestando ope sacrae praedicationis popularis et operum caritatis audacia insignium, sive benevolentiam promerendo Ecclesiae et praesertim proborum Christifidelium, qui Fratribus Minoribus Capuccinis eam fidem habebant eosque eo prosequebantur amore, quibus, merito quidem, praeclara illorum quaedam concepta est imago, quae, per formam ipsam Franciscanam, personam Iesu Christi, moralem et propheticam, reddit. Traditio igitur vestra via difficili, ut diximus, Evangelio ostensa,

* _Liber de vera fidelium experientia._

[3] Cfr. Bernardino da Colpetrazzo, *Cronica;* Boverio, cum notis L. Pastor* IV, II, 728.

fertur et ad nostra usque pervenit tempora, obstupescentibus hominibus, qui intellegere nequeunt institutum vestrum tam desuetum, cuius vos testes estis in societate hominum res concupiscentium plane alienas ab iis, ad quas vos ipsi contenditis; illi autem simul — et quidem quam vehementer ! — capiuntur inexplicabili vita vestra superstite. Quod comprobatur devoto animi affectu, quo prosecuti sunt Patrem Pium a Pietralcina, nuperrime e vivis sublatum.

Exsistit hic quaestio, quam vos, sive ratione sive usu, pluries iam solvistis : scilicet quomodo vitae genus tam austerum, tam singulare quoad habitum, tam dissimile modo vivendi hac aetate obtinenti, adhuc his ipsis temporibus habeat numerosos et fideles sectatores, habeat, qui id admirentur et cum benevolentia venerentur, idque in magna parte huius mundi, qui abhorrere, immo adversari videtur instituto vitae religiosae traditioni tantopere obnoxiae et omnibus numeris integrae.

Hoc est responsum, quod vos datis : est videlicet genus vitae perfectae, difficilis quidem sed perfectae; iamvero haec perfecta est quoad formam humilitatis, simplicitatis, paupertatis evangelicae; perfecta quoad consilia et proposita, quae, ut hoc Capitulum destinavit, observantiam religiosam, quatenus in ipso vitae usu continetur, dirigere nituntur ad praestitutam illam speciem egregiam et absolutam viri religiosi Franciscani. Inde consequitur mirabilis laudatio ac defensio Evangelii et perennis efficacitatis eiusdem, omnibus temporibus convenientis, arcanae eius virtutis etiam huius aetatis homines allicientis ; sed pro iis, qui peculiarem felicemque vocationem sunt nacti hanc perfectam vitae rationem sequendi, simul inde oritur officium semper novum, semper impellens, harum rerum testimonium sincerum verumque dandi.

Non tamen inconsultus ille modus se conformandi ad propensiones mundi, ad profanos mores hodiernos, ad opinationes mentium saecularium, omni discrimine circa eas remoto, efficit, ut vita religiosa reviviscat et vigescat, sed perspicax intellegentia duarum veritatum, quas Concilium in uno conspectu posuit atque inter se coniunxit ; quae sunt : veritas historica et spiritualis originum alicuius Instituti religiosi et veritas practica et apostolica necessitatum nunc urgentium ; tempus praeteritum et praesens; traditio et experientia; fidelitas erga constitutiones primitivas, consilium et impulsionem exhibentes, atque obtemperatio nostrae aetatis necessitatibus officiorumque hodiernorum exsecutio. Ait enim Concilium : « Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae

fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones)).[4]

Vita igitur vestra et vetus esse potest et recentium temporum propria. Elegistis viam difficilem viamque perfectam secundum severissimas Evangelii Pauperum praescriptiones. Nunc autem, hac ipsa aetate Concilium subsequente, qua id agitur, ut illius iter continuetur et ad futura recte dirigatur, necessarius est actus et nisus bonae voluntatis ; actum et nisum dicimus, quae schola vestra Franciscana patrare vos docet alacritate animosa et laeta, utpote in Christi imitatione prorsus innixa, semper plena fiduciae in eius gratia collocatae, semperque magnanima et ad spirituale sacrificium parata.

Non dubitamus quin Capitulum vestrum haec intendens opus suum institerit, neque volumus eiusdem coetus labores expendere. Hoc tantum vos hortamur, ut id absolvatis conclusionibus *paraenetiois* et praeceptivis admodum seriis. Nec quidquam addimus ad vos ipsos tantummodo pertinens; ceterum notae sunt vobis Instructiones Nostrae Congregationis Religiosis et Institutis saecularibus praepositae; quibus si animo docili obsequimini, bene facitis, quovis respectu.

Quoniam vero a Nobis etiam exhortationem petivistis, libet hunc sermonem concludere vota quaedam vobis exponendo, quae mente agitamus, non quidem condicione Ordinis vestri, sed potius communibus Ecclesiae necessitatibus suggesta.

Quarum necessitatum prima haec est : Ecclesia indiget sodalibus religiosis, qui vitam interiorem impensissime ducant. Quo enim acriores, urgentiores, blandiores magisque seductorii sunt illi veluti stimuli, quibus mundus hodiernus animos et actiones hominum invadit et occupat, eo magis necessarii sunt ii, qui se a rebus externis, praepotentibus et opprimentibus, tuentur easque sciunt referre ad interiorem regionem conscientiae, considerationis, orationis et qui cum Deo parant se coniungere in silentio spiritus sui, in quo ipse se admovet et aperit. Haec profecto non sunt aliena a vestrae consuetudine vitae; etenim initio Eremitas Franciscanos vosmet ipsos appellastis, memores, quantopere Sanctus Franciscus solitudinem, meditationem, contemplationem adamasset.

Temporibus nostris Ecclesia renovationem liturgicam promovet, quae quidem cum contemplatione egregie convenit,[5] propterea etiam quod in eadem renovatione duae res primariae deprehenduntur ipsi

[4] **Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2.**

[5] **Cfr. Maritain, *Liturgie et contemplation,* Deselée de B.**

peculiares : maius videlicet momentum Verbi Dei auditioni tributum et maius studium fidelium sacras celebrationes participandi. Ad haec etiam quod attinet, pro simplicitate fervida vobis propria in divini cultus perfunctione, in hoc ab Ecclesia proposito opere uberem vitae spiritualis vestrae alimoniam et praeclara auxilia, quibus apostolatus vester roboretur, invenire potestis. Si Ecclesiam adiuvabitis ad sinceram, pulchram, socialem efficiendam formam orationis liturgicae renascentis, vobismet ipsis opem feretis ad perfectionem spiritualem, vobis quoque congruentem, adipiscendam, et habiliores eritis muneri pietatis magistrorum et populi prophetarum.

Ecclesia praeterea indiget austeritate vestra festiva atque sapienti. Num cogitari potest veri nominis religiosus, qui vitae commodis supervacaneis et saecularibus indulgeat, quae hac aetate etiam in coenobia irrepunt? Qui facilis sit ad oblectamenta profana capienda, quae minus queant probari, excusans omnia se debere cognoscere aut homines horum temporum posse convenire in eorum vitae usu, qualis reapse apparet? Qua auctoritate valet religiosus, experientia quidem sensibilium repletus, sed carens spirituali experientia eaque sincera ac perpessione dolorum comprobata?

Ad hoc quod spectat, paupertas vestra non solum in Christi consortium vos inducit fruentes libertate spiritus, praeditos facultate quodlibet bonum creaturae aestimandi, spectabiles inornata quidem sed gravitatis plena munditia; verum etiam bonam existimationem, fiduciam, admirationem eorum vobis conciliat, qui imitari vos nequeunt. Paupertas vobis est robur ac dignitas. Ecclesiae opus est, ut sibi documento sit vestra fidelitas erga Evangelium et pauperem Fratrem Franciscum.

Aliis plurimis necessitatibus urgetur Ecclesia, circa quas multum vobis fìdit. E quibus — nec quidquam amplius addemus — una èst apostolatus popularis, qui subsidio est apostolatui pastorali et ad ingenii culturam pertinenti. Huic sane apostolatui, vobis peculiari, operam datis atque etiam magis dare poteritis. Vobis homines fidem habent, qui, pervagatus illos et multiplices sensus verecundiae ac timoris vincentes, Patres Capuccinos in sacramenti Paenitentiae tribunali adeunt. Quantum hodie Ecclesia eget sacerdotibus et multis et peritis, qui peccata confitentibus adsint ! Si in hac arte potissimum et praecipue versabimini, eruditi disciplina morali et psychologica, spirituali et mystica, quae hodie ministerio confessiones excipiendi convenit, animis christifidelium, Ecclesiae, gloriae Redemptoris egre-

gie inservietis. Atque hoc idem praestare poteritis sacra praedicatione vestra eaque simplici, sapienti, Verbo Dei et humana experientia locupletata, exemplo confirmata et per caritatem persuasibili effecta.

Saepe Nobiscum quaesivimus, cur Filii Sancti Francisci non, ut ipsis congrueret, inter opificum turbas adessent, verba ex populi consuetudine ad eos facientes, vocati ex instituto suo ad participandum humilis vulgi panem, multo sudore comparatum, et habiles ad laetitiam et spem inter acres vitae aerumnas excitandam. Probe novimus vos plurimis iam occupationibus teneri et numerum vestrum esse minorem quam pro augescentibus officiis, quae a vobis poscuntur. Haec tamen mentio Nostra vobis ostendat, quam efficax et providum munus, quod in mundo obitis, existimemus.

Pro cuius muneris perfunctione magnanima et constanti hac ipsa hora vobis in Christi nomine gratias agimus. Scimus vos in coenobiis vestris tácitos et animo intentos orationi, fraternitati, paenitentiae. Scimus vos indefatigatos vias insistere ministerii sacerdotalis et multiformis apostolatus partes implere ; in nosocomiis, in carceribus, in coemeteriis, in suburbiis, in leprosorum hospitiis, in longinquis regionibus missionali opere excolendis, uno verbo : omnibus locis. Ita est ; gratias agimus vobis, monentes, ut fideles, coniuncti, fortes in religiosa Familia vestra maneatis atque vobis, sodalibus vestris et cunctis, quibus assistitis ac solacia et beneficia affertis, Fratris Francisci tuitionem precantes, singulis universis Benedictionem Apostolicam impertimus.

XII

Habita in Basilica Vaticana, Clero, Sacris Virginibus et Christifidelibus, qui sollemnibus Beatificationis Venerabilis Famulae Dei Cloeliae Barbieri interfuerunt. *

((A che cosa paragoneremo il regno di Dio? o con quale similitudine lo figureremo? Esso è simile a un granello di senapa, il quale, quando si semina in terra, è più piccolo di tutti i semi che sono sulla terra ; ma, seminato che sia, cresce e diventa più grande di tutti gli erbaggi e fa dei rami così grandi che gli uccelli del cielo possono ripararsi alla sua ombra w.[1]

A queste parole del Signore correva il Nostro pensiero, mentre por-

*** Die 27 mensis octobris a. 1968.**

[1] ***Marc.* 4, 30-32.**

gevamo ora il Nostro atto di venerazione alla nuova Beata, sembrando a Noi, come supponiamo che quanti oggi la onorano vadano pensando, di ravvisarle riflesse tali parole evangeliche nell'umile ed eletta figura di Clelia Barbieri. Perché la prima impressione che la sua vita offre al nostro sguardo, abituati, come tutti siamo, a osservare e misurare gli uomini secondo la loro statura nel contesto storico e sociale, è quella della piccolezza. Qual è la sua storia? Si dura fatica a rintracciarla e a descriverla per la scarsezza di dati di cui si compone, per un primo motivo, quello della brevità del suo soggiorno terreno : di soli ventitré anni! Vero è che nei fasti della santità Clelia Barbieri non è sola a raggiungere il paradiso in così giovane età; a raggiungerlo, diciamo, con i segni anche a noi visibili della gloria. Non consideriamo ora il caso di bambini e di fanciulli e di giovani che giungono alla salvezza proprio in virtù dell'integrità della grazia battesimale e della loro naturale innocenza, senza aver subito alcuna profanazione, che una più lunga durata della loro terrena esistenza e una più piena esperienza delle avversità del pellegrinaggio nel mondo avrebbero forse loro arrecata. Ma ciò che ora interessa la nostra attenzione è il fatto che la brevità della vita sia illustrata in alcuni casi da uno straordinario complesso di virtù personali, di grazie spirituali e di circostanze biografiche da conferire alla giovane vita l'aureola più gloriosa e più difficile a conseguirsi, quella della santità.

La santità nella giovinezza sembra a Noi un fenomeno umano ed agiografico degno del più grande interesse, per la sua precocità (non è una delle curiosità moderne quella dei « fanciulli-prodigio », o dei giovanissimi atleti, o artisti, o scienziati, o eroi, che, superando gli indugi dello sviluppo e i ritmi del tempo, raggiungono in anticipo una pienezza naturale sbalorditiva?) ; e sembra un fenomeno mirabile per la ricchezza di doni soprannaturali, che l'acerbità stessa dell'età mette in evidenza. Chi non ricorda, ad esempio (e restiamo nel giardino femminile), l'elogio di S. Ambrogio per Agnese, la giovinetta vergine e martire da lui magnificata : « Ella, come si narra, aveva dodici anni quando subì il martirio » *(Haec duodecim annorum martyrium fecisse traditur).*[2]

Voi, Bolognesi, subito in cuor vostro commentate : anche la nostra beata Imelda Lambertini, fiore della santa Eucaristia, aveva tredici anni. Potremmo ricordare che Giovanna d'Arco chiuse la sua vita av-

[2] *De virgin. 1, 7.*

venturosa, mistica, militare ed eroica a diciannove anni. A trentatré Santa Caterina da Siena. E Santa Bartolomea Capitanio, ch'ebbe una vita sotto molti aspetti simile alla nostra Clelia Barbieri, pochi decenni prima, meritò ella pure d'essere fondatrice d'una fiorente famiglia religiosa nel breve spazio di ventisei anni. Ricordiamo tutti che S. Teresa del Bambin Gesù morì a ventiquattro anni. Potremmo continuare. Ma ora ci basta fermare lo sguardo sulla nostra Beata, traendo conferma dalla brevità stessa del suo passaggio nel tempo che la santità, anche quella meritevole del suffragio ufficiale della Chiesa, è possibile alla gioventù; ed inoltre, a tutto ben considerare, quando i carismi della grazia e l'intelligenza del Vangelo le siano assicurati, potremmo dire che meglio si addice la perfezione cristiana alla giovane età che non ad altro periodo dell'umana esistenza.

Ma la giovane età segna indubbiamente un limite di piccolezza, se non al valore, alla storia d'una breve vita. Ed altro limite riscontriamo in Clelia nella scena umana in cui quella vita si svolge : l'umiltà dell'ambiente, quello d'una modesta ed ignota parrocchia rurale, le Budrie di S. Giovanni in Persiceto, dove all'occhio curioso di valori culturali e civili nulla appare di notevole, e dove invece è giustamente notata la deficienza economica e sociale, propria delle popolazioni rurali di quel tempo.

Certo, un occhio più attento ai valori morali e religiosi può scoprire le meraviglie di quel quadro umano, in cui la nostra civiltà cristiana ha modellato, composto, ornato il costume degnissimo dell'umile gente, dove la laboriosità, la sobrietà, l'onestà, la modestia, la bontà, il senso del dovere, il timor di Dio, il rispetto per tutti sono così penetrati nella mentalità e nelle abitudini della tranquilla e travagliata popolazione contadina da trarne stupendi e quasi campestri fiori di gentilezza, di abnegazione, di candida semplicità, di sensibilità morale, di spiritualità cristiana, che indarno cercheremmo in tanti altri ambienti più evoluti, e ormai prevalenti nella nostra moderna società. Occorre finezza manzoniana per apprezzare simile scena, gusto francescano, e, diciamo pure, senso evangelico.

Ma la piccolezza rimane la misura del quadro, anche sotto un altro aspetto, che, per altro verso, grandeggia di meravigliosa irradiazione spirituale, vogliamo dire quello della vita religiosa. Anche questa è semplice, popolare e ordinaria; essa è formata alle fonti più accessibili della preghiera comune; alimentata da letture che di poco si estendono oltre i primi elementi della dottrina cristiana, e dal

Manuale di Filotea, allora assai in voga, del Can. Riva di Milano. Suoi maestri sono due Parroci di campagna* magnifici Sacerdoti, ottimi pastori, assai virtuosi, il Setanassi e il Guidi, ma entrambi senza pretese di vasta cultura e di pensiero originale. Anche il nome, che definirà la Famiglia religiosa fondata da Clelia Barbieri, métterà in evidenza la dimensione scelta, sull'esempio e in onore d'un grande umilissimo Santo, Francesco da Paola, per caratterizzare l'istituzione delle «Suore Minime dell'Addolorata)). Minime.

Ma questa esatta impressione di piccolezza non dice tutto della nuova Beata, anzi non dice le ragioni dell'esaltazione, che meritamente la Chiesa oggi le tributa. Un'altra impressione succede, quella della scoperta. Avviene spesso nella vita dei Santi. I titoli della loro vera personalità bisogna scoprirli, e perciò bisogna cercarli. Quelli che credono che la santità abbia come manifestazione ordinaria il miracolo spesso si illudono. Il miracolo potrà verificarsi, e costituire il segno di virtù e di carismi straordinari, e quindi santità meritevole di speciale onore e di fiducioso credito. Ma questa santità dev'essere cercata in altre sue manifestazioni, le quali esigono nell'osservatore particolari condizioni di spirito, che sono poi quelle che da un lato rendono a lui benefico il culto dei Santi e dall'altro lo giustificano; cioè dev'essere cercata nella somiglianza, che il Santo riflette su di sé, di Cristo, il modello, il maestro, il vero Santo. Il culto dei Santi è una ricerca di Cristo in alcuni suoi seguaci, più fedeli e più favoriti.

È allora pare a Noi di riudire la voce del Signore fare l'apologia dei suoi eletti; ed ora di questa sua fedelissima Beata; la voce, diciamo, di Lui, rimpicciolito perfino sotto il nostro livello,[3] di Lui, fattosi povero quand'era la ricchezza stessa,[4] diventato fratello a tutti noi per essersi definito « il Figlio dell'uomo »,[5] e ritenuto socialmente il « figlio del fabbro »;[6] di Lui, che effondendo al Padre l'amarezza e la dolcezza insieme del suo cuore, posto a contatto con gli uomini ribelli e con quelli fedeli, svela il piano segreto della sua rivelazione: (do Ti rendo lode, o Padre, Signore del cielo e della terra, perché hai nascoste queste cose ai dotti e ai sapienti, e le hai rivelate ai piccoli. Sì, o Padre, perché così Ti è piaciuto! ».[7]

[3] Cfr. *Phil.* 2, 7-8.
[4] Cfr. *2 Cor.* 8, 9.
[5] *Matth.* 8, 20 ecc.
[6] *Matth.* 13, 55.
[7] *Matth.* 11, 25-26.

E dove Ci conduce la nostra ricerca di Cristo nella Beata di cui appunto stiamo celebrando la somiglianza con Cristo* sulla quale la Chiesa fonda la sua certezza di dichiararla cittadina del Cielo? Oh! se Noi abbiamo avuto una prima impressione di piccolezza, adesso, ravvisando nell'umile sua figura, nella breve sua vita, nella silenziosa sua opera i tratti del volto evangelico del Signore, un'impressione di meraviglia e di letizia in Noi, un'impressione di bellezza e una impressione di grandezza invece a lei relative inonderebbero il Nostro animo, se volessimo soffermarci ad uno studio così delicato e così attraente, cioè se volessimo tessere l'elogio della Beata o narrarne la biografia. Altri, e primo fra questi un'alta figura di Pastore, il Cardinale Gusmini, Arcivescovo di Bologna dal 1914 al '21, lo hanno fatto, e voi che Ci ascoltate tutto sapete in proposito; né più vi diremo, se non per confidarvi, correndo, ciò che al Nostro spirito ha recato maggiore edificazione, e più benefico incanto, mentre, in ordine a questa beatificazione, C'informavamo della Serva di Dio da dichiarare Beata.

Piacque specialmente a Noi l'innocenza di questa singolare creatura, quella purità che lascia trasparire nel volto e negli atti il candore interiore; il candore, che suppone ed alimenta un continuo, quasi connaturato colloquio con quel Dio meglio conosciuto per via d'amore, che di ansiosa speculazione; Ci pareva d'ascoltare S. Agostino ragionare della verginità : *in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio/* una meditazione continua della Purezza incorrotta in un essere tuttora corruttibile. E da così limpida bellezza Ci pareva ovvio di vedere sgorgare una bontà semplice, affettuosa, attraente; quella che quasi spontaneamente dapprima, e poi urgentemente cercò di farsi indotta e sapiente maestra comunicativa del proprio interiore tesoro di amorosa verità e di sperimentare, fino alla dedizione materna, incantevole in una così giovane vita, l'ansia di servire la propria parrocchia, di educare gli altri, di formarsi un cerchio di sorelle e di amiche, con cui pregare e lavorare, e poi costituirsi in « ritiro », in cenacolo religioso qualificato all'orazione e al servizio dei poveri e dei sofferenti, come appunto fanno le figlie di Clelia Barbieri, le ottime Suore Minime dell'Addolorata.

Godiamone tutti. Voi, sì, per prime, Suore pie e gentili, che traducete in opere di carità lo spirito della Beata; voi, che date testimonianza di ciò che può in una comunità ecclesiale l'esempio, l'ardore,

[8] ***De sancta virg.,* c. 13; *PL* 40, 401.**

l'azione della gioventù femminile affascinata dal volto di Cristo, trasportata dalla sua grazia e compresa di quanti bisogni soffrono i fratelli e di quanto bene essi siano capaci rincorrendo lo slàncio giovanile della purezza apostolica; voi, cbe offrendo al Signore la vostra vita tutto perdete e tutto guadagnate nell'esercizio assiduo ed eroico della carità.

E goda Bologna di questa sua Figlia, che la Chiesa celebra nell'ineffabile gloria del .misterioso mondo celeste, e solleva davanti a quello terrestre come degna di ammirazione, d'imitazione, di fiducia. Noi sentiamo il dovere di congratularci con Lei, caro e venerato Signor Cardinale Lercaro, che per il compimento dei voti rivolti a questa gloriosa giornata ha prodigato le sue cure sagge ed assidue, e che può ben allietarsi di vedere oggi coronato col suo il desiderio dell'amatissima arcidiocesi bolognese. E sentiamo il bisogno di condividere con Bologna e con il suo presente e degno Arcivescovo Monsignor Poma la gioia di vedere questo nuovo fiore di fede e di santità testimoniare la perenne e moderna vitalità d'una secolare tradizione cattolica, che in Clelia Barbieri attesta le antiche virtù d'un popolo forte e cristiano, e dice al mondo come ancor oggi il Vangelo, ed oggi più che mai, si manifesta non solo sensibile e comprensivo degli umani bisogni, ma là, dove la giustizia, dove la fratellanza, dove l'indigenza reclamano chi li soccorra e li serva con pieno e silenzioso sacrificio di sé, esso, il Vangelo, ha pronto un suo dono generoso e misterioso di vite consacrate ed immolate.

Ed il Nostro invito a godere dell'avvenimento, che oggi è stato celebrato, vuol essere espresso a quanti sono qua accorsi per essere non solo spettatori, ma partecipi : tali sono certo le Autorità civili e politiche di Bologna e della terra emiliana e romagnola, alle quali siamo lieti, nel nome di Clelia Barbieri, di porgere il Nostro deferente saluto ed il Nostro voto augurale di prosperità e di pace.

Così salutiamo le personalità ecclesiastiche del Clero bolognese, Mons. Vicario Generale, i Reverendi Canonici e i Parroci della città e dell'arcidiocesi, fra questi quelli specialmente delle Budrie, e di San Giovanni in Persiceto, i rappresentanti del Laicato cattolico, i parenti ed i congiunti della nuova Beata e quelli che hanno goduto della sua miracolosa intercessione ; e poi tutti i pellegrini e i visitatori e i fedeli presenti d'ogni provenienza, affinché abbiano tutti nella Nostra riconoscente e paterna benedizione il pegno della protezione della nuova celeste cittadina e sentano tutti, con l'impegno ch'ella ci affida

a seguirne gli esempi e a tenerne desto lo spirito, l'impulso gioioso degli interiori carismi capace di rendere possibile e facile e felice la moderna militante sequela di Cristo.

Ma non possiamo congedarci da questa entusiasmante assemblea senza rivolgere un pensiero specialissimo ai gruppi di Alunni, con i loro Superiori e Maestri, dei vari Seminari, che abbiamo la fortuna di vedere dintorno a Noi, specialmente quelli del Seminario Regionale « Benedetto XV » delle diocesi di Bologna, Ravenna, Bertinoro, Cesena, Comacchio, Forlì, Sarsina, Rimini e Montefeltro, le quali così salutiamo nei pegni più preziosi delle loro spirituali speranze; poi quelli del Seminario arcivescovile di Bologna ; quelli dell'ON ARMO ; quelli del Pre-seminario di Borgo Capanne; e quanti altri nelle rispettive diocesi, nella Nostra di Roma ovviamente, ovvero nelle loro Famiglie religiose, maschili e femminili, si preparano a far dono a Cristo e alla sua Chiesa, della loro freschissima vita. A voi, giovani, l'augurio che possiate pienamente godere della presente glorificazione dell'umile virtù; a voi, l'esortazione che abbiate l'intuito sapiente di ciò che oggi più occorre alla Chiesa e alla moderna società, il fatto esistenziale cioè della santità.

Di santi ha bisogno la Chiesa, di santi il mondo. Di santi, diciamo, dei quali l'imitazione di Cristo e la tradizione ecclesiastica c'insegnano le vie aspre e soavi ; di santi, che nel tumulto delle esperienze moderne, delle ideologie correnti, delle contestazioni di moda, sanno essere, ad un tempo, personali e sociali, liberi cioè dal mimetismo collettivo, e spontaneamente, fermamente consacrati al servizio di Dio e dei fratelli. Fate, carissimi figli, della vostra vita un esperimento totale di santità ; non fermatevi a metà, non contentatevi di compromessi mediocri, non lasciatevi suggestionare dalle formidabili fatuità, di cui è piena la nostra atmosfera; siate veramente discepoli del Maestro, veramente membra vive ed operanti della Chiesa di Dio, veramente esaltati ed umili della vostra scelta, fra tutte la più difficile e fra tutte la più dolce, fra tutte l'ottima per la vita presente e quella futura, la scelta della santità. Così vi parli nel cuore la nuova Beata; così vi attragga e vi avvalori quel Cristo nostro Signore di cui oggi, celebrando la festa della sua regalità, la Chiesa ci ricorda essere Lui l'unico a orientare le nostre speranze, l'unico a unire i nostri cuori, l'unico a salvare i nostri destini.

XIII

Ad Excellentissimum Virum Jonathan Leabua, supremi Consilii rei publicae administrandae Praesidem in Regno v. « Lesotho ». *

Mister Prime Minister,

We appreciate highly the honour yon do Us by your visit, and We welcome you heartily to Our home.

We are happy to see that, in your country, the reception given to the Christian message has led to immediate outstanding results : not only to progress in the Organization of modem life, but also to the Christian and human concept of life according to the ideáis of justice, of freedom, of peace; for thèse ideáis find faithful correspondence in the human feeling, and the indigenous culture, of the People of Lesotho.

Then, too, We rejoice to know that your independent University bears the name, so rich in mystic historical and spiritual significance, of Roma; and that it developed f rom the original institute named for Our illustrious and venerated Predecessor, Pius the Twelfth. To this institution, already in happy development and rich with promise for the future, We send, through your good offices, Mister Prime Minister, a special greeting.

With paternal interest have We followed the recent developments in Lesotho, praying that your Nation may advance in peaceful relations with its neighbours and with the other countries of the world. You know well the unselfish efforts of the Catholic Church, through its priests, men and women religious and laity, under the leadership of their Bishops, to promote health, welfare and the éducation of your people. In a Nation which respects the freedom of the Church, thèse efforts will continue and increase, for the good of Lesotho and the progress of its Citizens.

Invoking God's guidance upon your admirable endeavours, and those of your Government, We pray that He may bless and prosper the Nation of Lesotho, and ali its beloved people.

*** Die 30 mensis octobris a. 1968.**

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Ad iuvenes athletas qui in urbe Mexico ex omnibus nationibus Olympia participarunt Certamina.

Profunda es Nuestra satisfacción al sentirnos en medio de vosotros, Jóvenes Atletas, que os disponéis a inaugurar la Décima Nona Olimpíada en la Ciudad de Méjico, precisamente el día que recuerda el primer encuentro entre el Viejo y el Nuevo Mundo.

Méjico : la antigua Tenochtitlán cuyos templos y monumentos admira absorto el visitante. Con cuánto acierto los Organizadores hicieron figurar en el emblema de esta Olimpíada el Calendario Azteca que, adornado con los colores del Lábaro nacional, proclama a Méjico — durante los eventos deportivos — como la Capital del Mundo.

Doce de Octubre : Hoy, las Naciones de América recuerdan que aquel día del año del Señor 1492 señala el nacimiento de una nueva edad en la Historia.

Pero hay otra circunstancia singular : por primera vez América Latina brinda la sede para una Olimpíada incluyendo en su programa diversos actos culturales. De este modo, los atletas y cuantos les acompañan se llevarán un recuerdo imborrable al regresar a sus países.

Nuestro Apostólico Ministerio no es indiferente a estas nobilísimas manifestaciones. Desde que se reanudaron, en 1896, la Iglesia las estimula ofreciéndoles la luz de sus orientaciones. Así lo hizo Pío XII con la XVI Olimpíada de Melbourn, Juan XXIII con la de Roma y Nos en ocasión de los Juegos Invernales de Grenoble.

Y ante todo, deseamos expresar Nuestra complacencia al mirar que una selecta parte de la juventud del mundo participa en competiciones que requieren preparación y arduo entrenamiento. Dentro de unas horas daréis prueba de ello impulsados por un elevado ideal. Es cierto : habrá vencedores y vencidos. Pero lo importante no es triunfar, lo que importa es estar presente y competir. Así lo proclamaba el Barón de Coubertin, restaurador de los Juegos Olímpicos. Tendréis oportunidad de mostrar vuestra grandeza exhibiendo un ((fair play)) — un juego limpio; aceptando las decisiones de arbitros y jueces y estrechando la mano al vencedor : ésta es la verdadera victoria.

*** Die 12 mensis octobris a. 1968.**

También llenáis Nuestro corazón de una grande esperanza. Los problemas que angustian nuestra época, ¿cómo podrán resolverse sin grandeza de alma, sin valor, sin altruismo? Procedéis de tantos países, representáis ambientes y culturas, pero os une idéntico ideal : vincular a todos los hombres con la amistad, la comprensión y la recíproca estima. Esto prueba que vuestra meta final es algo más elevado : la Paz Universal. Vuestra tarea es contribuir a que los campos de batalla se truequen en palestras y que al odio suceda el amor.

Terminamos Nuestras palabras confiándoos un mensaje : al volver a vuestras respectivas patrias anunciad que la paz es posible y es factible ; proclamad que vuestras competiciones han realizado este prodigio. Los cinco anillos — emblema oficial de las Olimpíadas — ¿no simbolizan acaso la fraterna convivencia de las razas que habitan los cinco continentes? ¡ Jóvenes Atletas que Nos escucháis en Méjico, Jóvenes que prestáis oído a Nuestra voz en todo el mundo : sed Mensajeros, sed Evangelizadores, sed Apóstoles de la Paz !

Mientras formulamos los más fervientes votos por el feliz éxito de esta Olimpíada, respetuosamente saludamos a las Autoridades de la Nación Mejicana, a los miembros del Comité Olímpico Internacional y Mejicano, a las Autoridades religiosas que han dispuesto un servicio especial para los visitantes y sobre todos invocamos las más copiosas bendiciones del cielo.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad Rev.mum Patrem Théo van Asten, Moderatorem Generalem Missionariorum Africae, a condito Instituto primo revoluto saeculo.

Votre grande famille, la Société des Missionnaires d'Afrique — plus connus sous le nom de « Pères Blancs » — va fêter le 18 octobre prochain le centenaire de sa fondation par le Cardinal Lavigerie, en l'année 1868 qui est ainsi devenue grâce à lui, et grâce à tous ceux qui, par la suite, ont entendu son message, une grande date dans la vie missionnaire de l'Eglise.

C'est avec joie que Nous saisissons cette occasion pour adresser à ses continuateurs — Pères, Frères, Clercs déjà engagés sur le chemin de l'apostolat — un message de particulière estime et de paternelle affection.

Si Nous tournons Nos regards vers ces cent années de labeurs mis-

